


B
12




80
80

Ull.
Ua







10.

FAVENTE PROPITIO DEO.
DISPUTATIONEM JURIDICAM
DE
RECOGNITIONE DOCUMENTORUM,
CONSENSU ET AUTHORITYTE

MAGNIFICI ICTORUM
IN ALMA HAC PHILUREA
ORDINIS,
PRÆSIDE
FRIDERICO PHILIPPO,

LIPS. J. U. D.

AD DIEM XXIX. DECEMB.

M. DC. LXXXII.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT,

JACOBUS Hempel / LIPS.
A U T O R.
H. L. Q. C.

LIPSIÆ,
Typis KRÜGERIANIS.



V I R O
PRÆNOBILI, AMPLISSIMO ATQUE
CONSULTISSIMO

DOMINO
CHRISTOPH Reinhardtten/
Juris Practico Summè famigera-
tissimo,

REVERENDISSIMI SERENISSIMIQUE
NEC NON CELSISSIMI

Principis ac Ducis Saxoniae Aulae
Martisburgensis

Advocato Ordinario Vigilantissimo,

et
Capituli ibidem p. t. Vice-Syndico

ac
Præposituræ à Judiciis Actuario fidelis-
simo, meritissimo

Domino Patrono & Promotori suo,
ætatem devenerando

*In ulteriorem sui studiorumque Commem-
dationem*

Hoc qvale qvale est
D. & D.

Jacobus Hempel /
Autor.



F. P. D.
DISPUTATIO JURIDICA
DE
RECOGNITIONE DOCUMENTORUM.

PRODROMUS.



DE Documentorum necessitate, multa verba facere, non conducit; Ea enim non in Scholis tantum, sed etiam inter litigantium strepitus frequentissima, nemini, qui modò Forum à limine salutavit, vel saltè Processum oculò perlustravit fugitivò, dubia esse potest. Nullum siquidem ferè est negotium, nulla instituta actio, in quâ Documentorum utilitas non recurrat, seqve ipsam adeò ostendat, ut ulteriori commendatione haud indigeat. *arg. l. i. ff. de Restit. in integr.* Operæ pretium itaque me facturum existimavi; si materiam de RECOGNITIONE DOCUMENTORUM speciminis publici locò proponerem. Facile eqvidem, ut à proposito abstinerem, materia ceu altioris indaginis juberet, nisi axioma illud, *In arduis & voluisse sat est;* certissimam dictaret veniam. Eapropter si quid minus rectè, minus appositè fuerit prolatum, non dubi-

A

to fo-

to fore, ut L. B. pro amicâ, quâ pollet, humanitate, ex æquo mihi ignoscat, de se ipso humani nihil alienum reputando; Omnia enim memoriâ tenere, nulloque hallucinari modo, Divinitatis magis, quam humanitatis esse, inquit Imperat: *in l. 2. C. de veter. Jur. enucl.* Hâc spe quoque fretus certissimâ, sine ulteriori morâ **IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI** *secundum l. 2. C. de off. præf. præf. Nov. 85. pr. Nov. 109. pr.* rem ipsam aggredior.

CAPUT I.
DE DEFINITIONE ET DIVISIONE.
THES. I.



Etymologia Recognitionis.

Documenti.

Homonymia

Documenti

Definitio vim & naturam rei demonstrans, duplicem exhibet notationem. Nominalem nempe & Realem: quoad priorem duo hic consideranda veniunt vocabula [α] **Recognitio**, quod ex re & cognitio combinatum est, quorum alterum idem est ac rursus, & aliquid, quod antea in rerum naturâ fuit, supponit, alterum verbale à verbo cognoscere derivatum esse constat, & à suô primitivô nosco, quod ex græco $\gamma\omega\acute{o}\sigma\kappa\omega$, test. *Andr. Corv. in Font. lat. verbo nosco* deducitur. [β] **Documentum** verò à **Docere** derivari, nemini, ut puto, erit dubium.

THES. II. Documentum accipitur vel **generaliter**, pro omni eô, quô causa instrui, & Judici fides nasci potest, ita, ut testes quoque comprehendantur. *l. 1. ff. de fid. Instr. ibiq. Hahn ad Wesenbecc. no. 1. verb. primo latior &c.* vel **specialiter**, pro tabulâ seu publicâ tam, quàm privatâ scripturâ, quâ Judici fides ad causæ decisionem adducitur plenissima, *Wesenb. cit. loc. no. 1.* quæ acceptio

acceptio propriè est hujus loci, & describitur, quod sit scriptura, de rebus inter homines gestis testimonii & memoriæ causâ confecta arg. Const. Maxim. de Ao. 1512. Tit. Von Notarien in princ. Anton Perez in C. de fid. Instr. no. 1. Hahn. d. l. verb. Definitio.

THES. III. Vocatur aliàs Instrumentum vel simpliciter, vel cum adjecto Epitheto, gvaentigiatum germ. Brieffliche uhrkünde / Documenta oder Schriften / dadurch die Handlung der Menschen befestiget werden / in gleichen klahre Brieff und Siegel Sorgauische Ausschreiben de Anno 1583. rubric. von versetzten Brieff und Siegel O. Pol. S. de anno 1612. Tit. von Justitien Sachen §. 10. O. Pr. S. tit. 24. & 25. Resol. gravam. Prov. Sax. 1661. tit. von Justitien Sachen §. 2. Decis. Elect. noviss. 2. Constit. Max. d. l. verb. aber nachdem &c.

Synonymia Instrumenti,

THES. IV. Quæmadmodum autem Documentum, ita quoque Recognitio vel generalem vel specialem assumit significationem. ILLO CASU ponitur pro omni agnitione, atque sic dicitur Principem Superiorem, Decianus in Criminal. l. 2. c. 33. no. 4. & 5. & Feudum recognoscere, 2. feud. 17. i. e. beneficii sui autorem agnoscere, eidemque illud acceptum referre, ac eo nomine fidem illi & obsequium præstare 2. feud. 34. §. 3. nec non liberos & parentes recognoscere tot. tit. ff. & Cod. de agnosc. & alend. libr. Hoc CASU ponitur pro suæ manûs approbatione, l. 1. §. 8. ff. ad L. Corn. de fals. tot. tit. 24. & 25. O. Pr. S. & in hoc sensu in nostrò Themate præcipuè accipitur. aliàsque dicitur relegere, l. 56. ff. de V. S. approbare l. 65. ff. de procurat. revidere, d. l. 1. §. 8. agnoscere, Brun. ad l. 15. ff. de rebus Auct. Jud. poss.

Homonymia

Et Synonymia Recognitionis.

THES. V. De nomine non sumus prolixiores, sed quæ pulchrius, quæque accuratius fortè adduci potuissent, Lexicographis relinqvimus, ipso Jure admoniti, rerum potius quam verborum nobis habendam esse rationem, arg. l. 17. ff. de LL. transeamus igitur ad realem definitionem.

Transitio

THES. VI. Est autem recognitio Documentorum actus Judicialis, quo Instrumentum habile, & illius, quod in eò con-

Definitio realis

tinetur, ad fidem Judicis faciendam, verè vel fictè agnoscitur. *l. 15. § f. ff. de reb: aut. Jud. poss. l. 20. C. de fid. Instr. l. 1. §. 8. ff. ad l. Corn. de fals. l. 56. ff. de V. S. l. 68. ff. de procurat. Magnif. Dn. Schwendendörffer ad Fibig. §. 16. Lit. Z. p. 243. Dn. Sam. Rachel in Inst. Jurispr. lib. 2. tit. 55. aphor. 2. p. 409. § lib. 3. tit. 21. aphor. 5. p. 653.*

Divisio.

THES VII. Dividitur communiter Recognitio Documenti in Veram & Fictam, Hæc contingit, quando recogniturus neque per se, neque per alium recognoscit, sed Scriptura ob contumaciam ejus pro recognita habetur. *O. P. S. tit. 25. § weil es auch re. Carpz. p. 1. C. 17. d. 13. Rebuff. de Chirog. Recog. no. 17. § 42. Gail. lib. 1. obs. 80. no. 6. Rutg. Rul. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 39. no. 4. seqq. p. 398. vid. infr. C. IV. Thes. II.* ILLA dicitur, quæ reverà intercedit, & subdividitur in simplicem & qualificatam, POSTERIOR præsupponit legitimam Documentorum editionem, si ve illa petatur à parte adversà vel à quopiam tertiò, atque ita vel immediatè vel mediatè, Judicis injunctio, intercedentibus scil. literis vel requisitorialibus vel compulsorialibus, *Magnif. Dn. Schwendendörffer d. l. no. 2.* PRIOR est, quæ absque Documenti Editione solenni statim perficitur, *d. l.* & licet utraqve sua peculiaribus & singularibus contineat, attamen ne labor præsens excresecat in immensum, qualificatâ relictâ, Recognitione saltem de simplici principaliter sumus acturi, Quam nunc subdividimus (1) in generalem & specialem, *Magnif. Dn. D. Schwendendörffer alleg. loco no. 2.* (2) in Recognitionem Instrumenti proprii & alieni, *O. P. S. tit. 25. in pr. Decis. Elect. Sax. 24.* (3) in Mediatam, quæ fit vel per testes, vel per Procuratorem, & immediatam, quæ fit à ipsâ parte productâ, vid. *Cap. II. (4.)* in validam seu perfectam, & invalidam seu imperfectam, *de quibus passim.*

CAPUT II.
DE CAUSA.

THES I.

HActenus de Definitione, Causa in ordine nunc sequitur, quæ est vel principalis vel προκαταρκτική seu propterquam, hæc & impul-

impulsiva dicta, est persona, quæ recognitionem urget, & comprehendit omnes non prohibitos: *arg. l. 4. ff. de procurat. l. 12. §. 2. ff. de iudiciis.* Ubi & hæc enotanda venit quæstio; Utrum Judex ex officio parte etiam non petente Recognitionem imponere queat? Sunt qui affirmant, sunt qui negant, negantium tamen castra ex *Recess. Imperii* illicò sequimur, *de anno 1654. §. 35. vers. Der Documenten recognosciren bitten / §. 39. V. auff des Klägers Erfordern* & §. 45. *recognition* begehren etc. ipsa ratione admoniti, quod Judex nisi imploratus officium suum impertire non possit *l. 4 §. 8. ff. de damn. infect.* Ne tamen cuidam ullus relinqvatur scrupulus, distinctionis foedere quæstionem ita decidimus, aut enim Recognitionis adeò est necessaria, ut sine ea Sententia commodè ferri nequeat, aut res per se fit expedita, priori casu officium Judicis recognitionem svadere, secus quam posteriori casu putamus, omne enim videtur Judici concessum, sine quò Lis omninò decidi non potest, *arg. l. 2 ff. de Jurisdic. vide Rutg. Rulant. in Tr. de Commiss. p. 2. lib. 3. c. 2. no. 8. & seqq. Carpz. in Proc. tit. 14. art. 2. no. 12. Fibig. in Proc. cap. 2. §. 16. no. 1. in Not. ibique Magnif. Dn. Schwenden- dörffer p. 252. Philipp. ad Decis. Elect. 2. Obs. 6. no. 8 & seqq.* Quod denique in causa, veluti Inquisitionis, ubi Judex ex officio procedit, nullum nobis dubium planè relinqvit, *Carpz. in Proc. inquisit. tit. 1. art. 5. n. 2. & in Praxi Crim. qv. 103. no. 54. & seqq. quæst. 100. no. 76.*

Causa pro-
pter quam

Quæstio.

THES. II. Causa Principalis seu Efficiens diffundit se in remotam & propinquam, *ILLA* est *Juris dispositio*, omne enim Jus recognitionem conservat & quasi vivificat, nam quod *Jus commune* attinet, nititur eadem æquitate liberrima, ne fortè producens falsa instrumenta, adulterina sigilla, fictitiaque subscriptiones sub alterius nomine producat, atque sic contra Juris intentionem alicui jus auferat, aut saltem minuat, *arg. l. 31. §. 1. ff. de pos. l. 14. ff. de Cond. indebiti l. 15. §. fin. ff. de reb. auth. Jud. poss. ubi Brunnem, no. 3. item Berlich p. 1. Conclus. 44. no. 4. Carpz. p. 1. C. 17. def. 12. no. 2. & seqq. Philipp. ad Decis. 2. Obs. 6. no. 4. §. 6. Idem dicendum de Jure Civili, *l. 56. ff. d. V. S. L. 1. §. 8. ff. ad l. Corn. de fals. l. 20. C. ff. de fide Instrum. l. 4. §. 5. ff. Testam. quem adm. aperiantur, l. 65. ff. de pro-**

Causa Eff.
est vel re-
mota

curat. § l. 15. § 1. ff. de rebus aut. jud. poss. ibi Brunnem. no. 3. Cum quo concordat Jus Canonicum, tit. X. d. Fide Instrum. Saxonicum. O. Pr. S. tit. 25. Decis. Elect. noviss. 24. & Recess. Imp. de Anno 1654. no. 35. & 36. nec non Camerale, Cammer-Gerichts-Ordnung p. 1. tit. 30. §. 7. Quibus præterea accedunt variæ ordinationes locales, ut Magdeburgensis c. 36. §. 8. Wismariensis p. 2. tit. 28. §. 3. & Lusatiensis p. 1. tit. 14. & c.

Vel Propinqua,

Prohibentur recognoscere vel Simpliciter

THESIS III. Causa Efficiens propinqua constituit *Recognoscentes*, possunt verò omnes recognoscere, qui non arcentur *arg. l. 5. §. 5. ff. de testib.* Sunt verò inidonei, qui nullum consensum habent, ut Furiosi, mente capti, Phrenetici, summè ebrii & vino sepulti, infantes septennio minores, quippe qui omnes nesciunt, quod agunt. *l. 5. l. 40. ff. de R. J. l. 2. C. de Contrah. Empt. l. 25. C. de Nupt. Rutg. Rul. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 27. no. 13 Berlich, p. 1. Concl. 41. no. 14.* Nec non ij, qui rerum suarum liberrimam non habent administrationem, quales sunt Pupilli, Minores & Prodigii, *arg. l. 1. §. 2. ff. d. adm. & peric. tutela l. 6. ff. d. V. §.* Quorum tamen posteriorum causa prohibitiva removetur, quando Tutores Curatoresve suos adhibent, qui loco eorum recognitionem cum effectu expediunt, *Carpz. in Proc. tit. 24. art. 2. no. 93. & seqq. Nicolai in Proc. c. 35. no. 6. & seqq.*

vel secundum, quid

Mercatrix excipitur

THESIS IV. Idem ferè de Muliere Saxonica dicendum est, illa enim in foro nostro sicuti nullum regulariter actum tam judicialem quam extra judicialem, ita quoque nec recognitionem nisi interveniente Curatore suo ad litem peragere valet. *O. Pr. S. tit. 8. ibique Philipp. Conf. un.* Excipitur foemina Mercatrix, quæ omnia ad Mercaturam spectantia, remoto quoque Curatore rectè expedit, *Carpz. 2. C. 15. d. 16.* Hinc & cambialibus literis non solum principaliter in *Churfürstl. Sächs. Extendirten Markt-Rescript. de anno 1674.* sed etiam aliis accessoriè, licet absque præcedente renunciatione & certioratione, *SCTI. Vellejani expressa*, cum effectu obligatur, *Neue Wechsel-Ordnung no. 3.* Quas tamè literas non aliter, quam cum Curatore suo recognoscit, quia

quia mulier in terris nostris standi personam non habet in iudicio, nec unquam Mercatrix ibi excipitur *Philipp. ad Decis. El. 22. Obs. 2. 24 25.* Sed num ne foermina huncce recognitionis & summi praedicti actum, per actorem Curatoris exequi possit? in praesentiarum non incommode quaeritur? Et dubitandum non est, quin posset; modo Curator Actorium pro Actoris sui legitimatione, una cum curanda sua subscribat: *Magnif. Dn. Schwendendorffer ad Fibig. p. 255. lib. 2.* Quae tamen Subscriptio Pupilli, necessaria non est, si actor a tutore ordinetur, *Philipp. ad O. Pr. S. tit. 19. conf. 1.* Ratio diversitatis a praedicto *Magnif. Dn. Schwendendorffer* traditur *cit. loc. ea;* quod Curator Mulieris detur ad litem, nec ullam habeat administrationem; Tutor vero nec non Curator minoris sunt loco Domini, *l. 14. §. 1. ff. de acquir. poss. l. 7. §. 3. ff. pro Emt. l. 54. in f. l. 56. §. 4. ff. d. furt. l. 157. ff. d. R. J. & rerum administratores, l. 1. §. 1. C. §. ff. de Administr. Tutor. possuntque omnia, quae requirunt speciale mandatum, facere, l. 109. ff. de V. S. Philipp. d. l. no. 2.*

THESES V. De personis recognitionem praestare prohibitis haec dixisse sufficiant, nunc ex natura contrariorum simul intelligemus, quae Jure admittuntur, *arg. pr. Inst. de his qui sui vel ad. Jur. sunt. Arist. 1 top. 24.* perficitur vero recognitio Documentorum ab iis vel immediate vel mediate, ILLO CASU per principales ipsos, *l. 4. §. 5. ff. test. quem adm. aper. l. 56. ff. de V. S.* nec inter est, an sint actores, an rei, neque distinguitur inter clericos & Laicos, *l. 20. C. de fid. Instrum.* modo unusquisque coram suo Judice competente ad id compellatur, *arg. l. 3. ff. de Off. Praef. Ant. Faber in C. l. 3. tit. 12. def. 17. no. 87. part. 2. vid. cap. 5. Thes. 3.* Sed quid dicendum de literarum imperito, an iste quoque oneri recognitionis subjiciatur? Et eum ad recognitionem Documenti ejus nomine conscripti obstrictum esse, apparet *ex arg. O. Pr. S. tit. 25. §.* Weil es auch *re. IBI* Wenn sie gleich nicht Hand und Siegel haben */re. L. G. Martini ad O. Pr. S. tit. 25. no. 2. §. seqq.* Similis ratio documentis lingua peregrina (quam nec Judex, nec reco-

Admittuntur personae

vel immediate tam Clerici quam Laici.

& literarum imperiti



recognoscere jussus, callet) exaratis accedit, hocce enim, præmissâ tenoris per interpretes explicatione, omninò à productò recognoscendum est, modò prius interpretum vice fungentes, versionem juratâ fide confirmant, *arg. l. 9. C. d. testib.* quæ tamen Jurisjurandi Religio evitari potest, si Notarius vel publicus vel ab actis, loco interpretum agat, & ille desuper Instrumentum conficiat, ratio est *in l. 15. C. de fid. Instr. Carpx. p. 3. Decis. 234. Nicolai in Proc. c. 53. no. 7. Brunnem. ad l. 15. C. de Reb. aut. Jud. possid. no. 16.*

Vel medi-
te.


Per Procu-
ratores.

Quæstio.

THES. VI. Mediatè Principales recognoscunt vel per Tutores, Curatoresve, vel per Procuratores atqve Syndicos, nec non deniqve Testes, de Tutoribus & Curatoribus proximè quædam exposuimus, Procuratores verò aliorum nomine recognoscere volentes, non aliter admittuntur, quam si speciali mandato instructi compareant, *Finckelthaus obs. 110. no. 24. Berlich. p. 1. Concl. 44. no. 18. Carpx. in process. tit. 5. art. 2. no. 29. & seqq.* Recognitio enim est actus summi præjudicii, ita ut recognitione factâ, absqve ulteriori morâ ad executionem realem procedamus, *Torgauisch Ausschr. Rubr. von Wucherl. Contracten. §. Do aber 2c. Demnach einer/ibi, so soll vermöge gedachter 2c. O. Pr. S. tit. 24. §. Wenn auch gleich einer & tit. 39. §. Wenn aber das Urthel 2c.* quæ autem talia sunt, speciali semper indigent mandato, *arg. l. 26. §. f. ff. de probat. l. 19. ff. de fid. Instr. l. 56. ff. de Rejud. l. 25. §. f. ff. ad L. Aquil.* Sicuti responsum esse in Curiâ supremâ Lipsiensi attestatur prælaudatus *Finkelthaus no. 26. Carpx. d. l. no. 33. & seqq. Decis. 205. no. 1. & seqq.* Hinc ea spontè sequitur, quod mandatum non specialiter ad recognitionem, sed tantum ad documentorum disputationem zum Verfahren über die Documenta directum non sufficiat, *Lud. Günth. Martini ad O. Pr. S. d. t. 25. §. Weil es auch 2c. no. 13.* Sed quid, si Procurator manum principalis sui habeat incognitam? Ille potest petere tempus, ut principalem suum consulat, quod eidem sine injuria petenti, ne Domino nimium præjudicet, omninò à Magistratu est indulgendum *arg. §. 1. 2. §. de Off. Jud. Rebuff. intr. de Schedul. Recogn. no. 59. Rutzg. Rul. de Commiss. p. 2.*


p. 2.


















Cler. Sigillum verò publicum ut fidem faciat plenissimam à quibusdam conjunctim desideratur (1] ut literis vel nominis circumscriptione in sigillò exprimat, cujus sit sigillum appositum, vel saltem imaginem aut certum signum habeat (2] ut exprimat in Instrumentò causa, ob quam sigillum est appositum, nec (3] omittatur, à quo sigillum sit adhibitum, & (4] denique ut sigillum sit illæsum & integrum, referente *Althus.* in *Dicaolog. lib. 3. cap. 41. no. 18.* Sed hoc alii longè accuratiori judiciò, judicis arbitrio, vel consuetudini locorum unicè relinqvunt. *Menoch. A. 1. Q. Conf. 113. no. 3. Althus. all. 1.* Hinc edocemur, quod Iudicii vel Magistratus sola sigilli appositio absque ulteriori alicujus subscriptione publico fidem faciat Instrumento ut *Rec. Imp. de An. 1512.* non solum, sed & observantia fori quotidia comprobat. *B. Philipp. ad O. Pr. S. tit. 7. Conf. 6. no. 4. & seqq. Brunnem. ad l. II. C. qui pot. in pignor. no. 8.*

THES VI. Posterius Instrumentum publicum seu extrajudiciale est, quod locum extrajudicii à personis publicis conficitur, suumque robur ita accipit, & vel ab eò, qui in publico officio constitutus est, vel à Notario dependet, Prioris generis sunt libri Censuales, Contributionum &c. *l. 2. C. de Convent Fiscal. deb. 1. Censur ff. de probat.* posterioris verò generis sunt Instrumenta à Notario Publico legitime confecta, quæ in Protocolum seu imbreviaturam & Instrumentum seu extensum iterum dispesci solent; Protocolum dicitur, quod breviter memoriæ causâ negotia cum suis substantialibus includit. *Nov. 44. cap. 2.* Instrumentum verò est, quò casus prolixius, certisque adhibitis solennitatibus extenditur, de quo videri potest *Magnif. Dn. Schwendendorffer in Diss. de Instrum. publ. §. II. & seqq.* Ubi communiter controverti solet, num Instrumentum tale, Signetum publicum, an saltem quotidianum Notarii sigillum pro suâ formâ substantiali exigat? Et illud necessarium esse, nec sufficere privatum, Serenissimus Saxo decidit in *Decis. 20. ibi. Philipp. Obs. 3.*

Sive Extrajudiciale,

Controversia, de Signeto.

C

THES,



Sive quasi
Publica,

THES. VII. Sequitur Instrumentum quasi publicum quod est Chirographum, trium ad minimum testium fide dignorum subscriptionem habens, quod licet causam & ordinationem contineat privatam, tamen auctoritatem à lege accipit, ut pro publico habeatur, *l. 11. infn. & Auth. Si quis Cod. qui pot. in pign. l. 17. C. de Fide Instrum. l. 2. C. de Aponcha publ. lib. 12. Dn. Rachel. in Jurispr. lib. 4. tit. 21 no. 3. Brunnem. ad P. C. tit. 19. no. 2.* testes verò in tali sint Masculi integræ opinionis, non fœminæ, *d. l. 11. infn.* & se subscribant propriâ manu, propriumque sigillum apponant, aut saltem in defectu proprii, alieni sigilli, quo usi sunt, mentionem faciant, *Mascard. de presumpt. Concl. 285.* nam de manu & signatione testium semper constare debet, aliàs, si ab adversâ parte negetur, necesse est, ut testes manum & sigillum recognoscant, *Mantica de Tacit. Convent. lib. 11. c. 24. no. 9. & seqq.* aut saltem Creditores comparationem literarum petant, *Brunnem. ad d. l. 11. no. 6.* ubi & Instrumentum à quatuor testibus subscriptum, mortuis duobus, à duobus adhuc viventibus recognitum, pro publico fuisse habitum, refert ex *Cephal. Cons. 270.* cum veritas contentorum à duobus rectè eliciatur, *l. 12. ff. de testibus, Carpz. p. 1. C. 17. d. 24. no. 7.* Sed quæritur, an Debitoris subscriptio unâ cum testibus in tali Instrumento extare debeat? Quod affirmativè decidimus, cum *Brunnem. ad P. C. cap. 19. no. 2.* nisi fortean ipse obligatus totam Syngrapham manupropriâ exaraverit, aut saltem curaverit, ut ejus nomine ab alio scriberetur, quò casu subscriptio haud exigitur, *Coarruvias Pract. quest. 22. no. 5. p. 429. Alth. in Dicaol. lib. 3. c. 42. no. 46. p. 737.*

Quæstio.

quam Pri-
vata.

THES. IIX. Constat ex antea dictis in genere de Instrumentis publicis, in species eorum, qui curiosè in quirere desiderat, accurratum *Althusium in Dicaologia lib. 3. c. 40. 41. & 42.* pro sua informatione evolvat, quò brevitatis studio ille remittitur, me verò in ordine ad *Documenta privata* convertito. Est autem Instrumentum Privatum, quod à privato, absque solennitate conficitur, *JCrissimus Dn. Ord. Doct. Jacob Born in disp. 1. ad univers Jus*

*Jus jud. Th. LIII. A. ut Chirographa, epistola, libri rationum, APOCHÆ, Antapochæ & Calendarium l. 27. ff. defurt. l. 11. ff. qui pot. in pign. l. 24 l. 30. ff. de probat. Const. Elect. 17. p. 1. O. Pr. S. tit. 24 in pr. Et quamvis de Jure Civili tantum ea, quæ propriâ manu sunt exarata, objectum recognitionis constituent, *Auth. Contra quem proprium in pr. C. de N. N. P. Carpz. lib. 3. Respons. 79. no. 5.* Attamen de Jure Saxonico etiam alterius scripturæ, nostrotamen nomine scriptæ, comprehenduntur *O. Pr. S. tit. 25. pr. §. 1. ibiq. Martin. no. 3. 4. & no. 35. Carpz. Decis. 233. no. 18. & lib. 3. Resp. 81. no. 15. & seqq. & in Process. tit. 14. a. 2. no. 54.* nec interest, an Instrumentum ab adversâ parte productum, per totum scriptum, aut saltem sub scriptum, quamvis non sigillatum fuerit cum voluntariâ subscriptio obligationem inducat, *arg. l. 1. §. 3. ff. de pactis. Carpz. lib. 3. Resp. 18. no. 15. p. 1. c. 17. Def. 22.* agnitionemq; illico præsumat, *Carpz. d. l. d. 42.* quæ et ratio Documentis sigillò tantum munitis, à producto licet non subscriptis, accedat, *Berl. p. 1. Concl. 36 no. 53.* Sigillum enim vim et effectum subscriptionis videtur producere, *l. 2. C. de rebus alieni: non alienandis, Carpz. d. l. Def. 21. Wesenb. pari. Consil. 12. no. 24. Hartm. Pistor. obs. 197. no. 4.* quemadmodum Scabini Lipsienses Mense Jun. 1593. responderunt. ob gleich euer Mündlein Vater weder schreiben noch lesen können / da aber dennoch die Verschreibung darauff Berner Gerhardt seine Mahnung angestellet / mit einem Petschafft / darauff sein Nahme geschnitten / gesiegelt / So weret ihr solche Verschreibung zu recognosciren / und euer vorwenden / daß er dergleichen Petschafft nicht gehabt noch gebraucht vermittelst Endes zu erhalten / oder eures Mündlein wegen die Zahlung zu thun schuldig B. N. W. Ex quibus spontè fluit, quod in Processu Ordinario hocce instrumentum sit quoque recognoscibile, in quò, ad minimum Nomen scribentis, quantumvis subscriptio pariter & sigillum ejus deficiat, reperitur *O. Pr. S. tit. 25 §. weil es auch Carpz. in Proc. tit. 14. art. 2. no. 34. & seqq.* Aliter tamen sentiendum est, ubi nec scriptura, *Carpz. lib. 3. Resp. 81. no. 15.* nec nomen adversarii *Carpz. lib. 3. Resp. 81. no. 21.**

Diffe en la
J. C. ex Sa-
xonia.



no. 21. & seqq. Dn. Martini ad all. § weil es auch no. 37. vel Pro-
ducentis ex primitur. Carpz. d. l. no. 25. 26. Magnif. Ordinarius
D.D. Jacob. Born in Dypnt. ad univers. Jus judicia Th. LII. li. F.

Originalia
tm. non co-
pia.

THE SIX. Non sicco succo prætereunda hic est quæstio; Num
Instrumentorum Copiæ recognosci debeant? Et easdem reco-
gnitioni non esse expositas, reor; Exempla enim regulariter sine Ori-
ginalibus non probant, O. P. S. tit. 14 § Desgleichen l. 7. & anth.
si quis C. de Edendo ubi Eckoh. ad ff. § 2. n. 2. l. 2. ff. de fide Instr. ibi
Brunnem. no. 1. & 2. ci. X. eod. Magnif. Ordin. D. Doct. Jacob Born
cit. loc. etsi documenta centum Notarii exemplaverint Umm. ad
Proc. Disp. 17. Th. 6. no. 27. Mevius ad Jus. Lubec. tit. 29. § 2. vers.
dicimus no. 2. Rutg. Rulant. de Commiss. p. 2. c. 26. no. 8. p. 344. & c.
15. no. 7. p. 292. aut ab originalibus primùm transsumta producta
fuerint Tertac. de Probat. res. 5. no. 5. Umm. d. l. no. 27. Martini ad O. P.
S. tit. 24. d. § Desgleichen 2c. Hinc Assessores Facultatis Juridi-
cæ mense Julio An. 1659. hunc in modum responderunt. Wür-
den die von Griesheim den subdato 23. Junii 1615. angezogenen
Recess, in originali zu denen Acten bringen / immassen Ihnen zu
thun obliegt / so seynd Syndici der Gemeinde zu Singen solchen
gebührende zu recognosciren schuldig / und ergeheth darauff ferner
was recht ist / B. N. W. Quæ vero sententia in sequentibus ad
probationis Effectū limitatur, (1) in Exemplantē & ita recognoscere
jusso, Martini. d. l. no. 7. (2) in eo, qui producit aut dedit tale exem-
plum, Tertacinqvius de probat. Resol. 5. no. 7. Umm. d. l. no. 5 nisi
ille statim protestetur, Martini. d. l. no. 23. & seqq. aut inter litigan-
tes ab initio aliud conventum fuerit, l. 45. § 6 ff. de Jure Fisci,
Brunnem. in Proc. Civ. cap. 19. no. 6. p. 176. (3) Si Exemplum con-
sensu litigantium confecerit Notarius, Ummius d. l. no. 3. (4) Si
Originale fuerit deperditum, Notarii tamen Scheda, ex quâ cer-
tò confectum erat, extet, Mevius ad Jus Lub. l. 5. tit. 6. art. 3. per-
tot. Brunnem. in P. C. d. l. no. 21. (5) Si Exemplum ab eodem
Notario, qui originale confecit, scriptum fuerit, Tertacinqv. d.
Res. 5. Ummius ad Process. cit. loc. no. 2. Eadem vis tribuitur

Quod limi-
tatur in
seqq.

1.

2.

3.

4.

5.

qvo-

quoque Exemplo, quod non scripsit quidem Notarius, sed ta-
 rum subscript, & subsignavit, *Covarruv. pract. quest. 21. no. 3. §*
4. p. no. 424. Mev. p. 7. Dec. 244. no. 4. p. 1150. (6) Si tranfumptum ex
 Archivò publico fumatur, quod Cives ejusdem Civitatis recogno-
 scere tenentur, *auth. adhac C. de Fid. Instr. Tertacingv. d. Res. no. 10*
Umm. in Process. Disp. 17. no. 7. § d. l. no. 6. Brunn. ad d. c. 16. no. 11.
 (7) Si productus sponte recognoscit exemplum, nec contra illud
 excipit, *Brunnem. d. l. no. 3. ibiq. allegati* (8.) Limitatur aliquan-
 do in antiquo Exemplo, *Tertacingv. Resol. 5. no. 18. Umm. in Pro-*
cess. d. l. no. 5. Covarruv. d. l. no. 7. § Martini no. 18. (9) Si Posses-
 sor Originalium ejusdem exhibitionem detrectet, quo casu e-
 xemplum ille recognoscere tenetur, *Martin. no. 20.* (10) Qvan-
 do secundum exemplum semel judicatum fuit *d. l. no. 19.* (11) Si
 judicis autoritate conficiatur Exemplum *c. f. x. de Fide Instrum.*
Umm. ad. de Th. 6. § 27. no. 1. uti requisita latius persequitur alle-
 gatus *Martin. d. l. no. 8. § scqq.* quibus accedit (12) quando in
 Aula Electorali Saxonica Documenta à Secretario Judici Ordina-
 nario von dem Lehri Secretario, vel alterius Judici Actuario aut
 ad minimum publico Notario vidimata producantur, *Carpz.*
lib. 3. R. 81. quod tamen cum hoc diferimine accipiendum est, ut
 Secretarii vidimata copia, mediante recognitione, plenè, Notarii
 verò Publici, saltem femiplenè probet, *test. Carpz. Decis. 236. no.*
4. § 8. § all. Ref. 81.

THES. X. De Vidimatis tamen & aliis, de quibus modò
 diximus, copiis, ad Ordinarium, minimè verò ad Executivum
 accommodamus Processum, *arg. O. P. S. tit. 25. pr.* Si quidem
 Processus Executivus, Instrumenti Gvarentigiati nullo planè du-
 biò aut apparenti vitiò laborantis recognitionem unice exigit,
Magn. D. Schwendendorffer ad Fibig. p. 426. lit. 6. quod de tran-
 sumptis copiis vix ad struere videtur. Est enim consuetudi-
 ne introductum, ut copiarum vidimarum in processu præcipuè Ordi-
 nario probent *d. l. 25. pr. Carpz. lib. 3. Ref. 81. no. 8.* Subsistendum
 itaque in hac observantiâ, neque ab Eadem procedendum est

C 3

Quoad Pro-
 cessum Or-
 dinarium.
 tantum.
 Non vero
 Executivum.
 Qui gvaren-
 tigiatur De-
 cum eum
 desiderat.

ad

ad Processum Executivum, cum consuetudinem localem interpretari, sit Eadem strictissime in hæere, *Panormit. in cap. 19. no. 2. X. d. Foro compet. Anton. Faber. in Cod. lib. 2. tit. 2. def. 47. no. 19.* Verendum enim, ne contrarium statuendo, duo singularia in uno convenient Subjecto, quod tamen Jura nostra vix patiuntur, *l. 19. ff. ex quib. caus. maj. arg. l. 1. C. d. dot. promiss. l. 8. §. 3. ff. de neg. gest.* Accedit, quod tantum Juris statutaris & Saxonici sit, ex Instrumento liquidissimo contra Recognoscentem Reum paratam executionem decernere. *O. Pol. S. de An. 1555. tit. von ver setzten Brieff und Siegel B. Philipp. ad Decis. E. 2. Obs. 6. no. 7.* & cum de jure Communi ab executione parare Processum absonum aliàs esset, *l. 1. §. 2. C. de Execut. Rejud. L. un. C. d. Prohib. sequestr.* ita non aliter possumus, quam in Casu de Jure Sax. haud expresso, jura communia observare, cum *Lud. Romano. Consil. 197 no. 8.* quia statuta, quantum fieri potest adeò sunt restringenda ne lædant juris communis dispositionem *L. 14. ff. d. LL. l. 10. C. d. in off. dot. Stept. d. Phedericis de interpret. LL. Part. 4. p. m. 249. Mevius P. 2. decis. 30. n. 4. Bruun. ad L. 2. C. d. Nex. act. n. 10. vide omnino Carpz. Decis. 236. no. 9. usq. ad fin. p. 598.*

THES. XI. Varia privatorum Instrumenta apud prælaudatum *Althuf. lib. 3. C. 43.* etiamnum occurrunt, sed ea omnia nostra quoque explicatione proponere, nec in præsentiarum conducit, nec svadet temporis ratio: Ita illis spontè omisissis, de libris Mercatorum peculiaria sua continentibus, saltem in præsentibus sumus solliciti; Tales autem ut Reum plenariè convincant, sequentia requisita continere, necesse est, (1) ut includant tantum ea, quæ unicè ad Mercaturam sunt pertinentia, *l. 3. §. 2. ff. Nanti Carp.* (2) Causa debendi, ne ibidem, omittatur, *auf was Ursachen und woher die Schuld erwachsen/ l. 25. §. 4. ff. de probat. l. 13. C. de N. N. P. l. 2. §. 3. ff. de Exc. ad li. m.* (3) Data & accepta cum descriptione dierum in illis comprehendantur, *l. 82. ff. d. Cond. §. demonstr.* darinnen Ausgabe und Einnahme/ Schuld und Gegenschuld begriffen und einverleibet seyn/ Et (4) conscribantur

De libris
Mercato-
rum.

Et eorum
requisitis.

1.

2.

3.

4.

bantur à fide dignò quòpiam homine, nec interest, an ipse Mercator, an vice ejusdem adsit infitor, *Carpz. p. 1. C. 17. d. 35. & seqq. Dn. Struv. Ex. 28. Th. 25. Dissent. Gail. lib. 2. Obs. 20. Finckelth. Obs. 79* Quibus (5) Denique accedat, ut scribens juramento suo scripta suppleat, *Mynsing. Cent. 1. obs. 68. n. 8. Gail. d. 1. no. 2. Carpz. lib. 3. Resp. 58.* Quod Jusjurandum mortuo mercatore ab ejusdem heredibus diversa tamen qualitate, ad huc exigitur, *Carpz. lib. 6. Resp. 121.* Verum si Mercator Schedulas, quibus merces consignari solent die *Auszüge* ab Emptoribus suis subscribi procuraverit, hocce Juramentum evitari potest, prout quotidiana edocemur experientiâ, *Vid. omnino Dn. D. Mylium PP. in Disp. de Libris Mercatorum.*

THESES. XII. Instrumentis hisce possunt addi literæ binæ, certo modo dissectæ, & huic una, altera isti parti traditæ, *ausgeschnittene Zettel* quibus similes sunt Bacilli fissi die *Kerbhölzer* / Et quamvis nec literis constant, nec formam instrumenti repræsentent, longè tamen fortiolem, quam scripturæ producant effectum *Wehner in obs. pract. von Kerbhölzern.* Nam & sine recognitione, modo de legitimâ eorum confectione, & præviâ collatione constet, paratam non solum judicis condemnationem, *l. 56. ff. de Rej. l. 23. §. fin. ff. ad l. Aquil.* sed & exactionem inducunt, *Heig. qu. illustr. p. 2. q. 7. no. 21. & seqq.* quod tamen quoad numerum crenarum, non de ipsa obligatione & causa debendî accipere velim, nam si super ista disceptetur, actori adhuc incumbit probatio *arg. l. 21. ff. de probat.* aut si inscripti & invicem acceptati fuerint, recognitio illico à Reis exigitur, cum causæ acceptatio ibidem præsumatur *arg. l. 16. ff. ad S. C. Tum Maced. vid. omnino D. Stryck de Bacillis fissis c. 4. no. 35. & seqq.*

THESES. XIII. Et quamvis privata tantum Instrumenta de Jure Civili *l. 20. C. de fid. Instr. Auth. si quis, Cod. qui pot. in pign. Nov. 73. c. 1. & Recess. Imperii de Anno 1654. §. 35. & 39.* unice recognitionem exigant, Publica enim plenissimam absque ulteriori adminiculo per se faciunt fidem *l. II. C. qui pot. in pign. d. Nov. 73. c. 8. cap. 6. X. de fide Instrum. l. 15. C. eod. l. 20. ff. de probat.* modo ad

Litera dissectæ.

Et Bacilli fissi.

Quando recognoscantur.

J. C. Privata tantum recognosci debent.

sint

fint omnia necessaria Instrumenti publici requisita, *l. fin. C. de Edict. Div. Hadr. toll. ibique Richter / no. 3. Carpz. lib. 3 Resp. 82. no. 1. & seqq. B. Philipp. ad Decis. Elect. no. 74. Obs. 1. no. 10. & seqq.*

Jure S. etiã Publica, *Alit in foro Saxonico ab hoc Jure communi recessum, & ibi instrumentorum quoque publicorum recognitio injuncta est, Decis. Elect. Nov. 74. ibique Philipp. Obs. 1. no. 9. & seqq. & ad O. P. S. tit. 25. Conf. 1. Carpz. lib. 3. Resp. 82. Sub hoc tamen discrimine, quod privata Instrumenta jurata diffessione, secus quam publica subjiciantur, Decis. Elect. no. 12. ibi. So haben wir uns auch d. Decis. 74. verb. Jedoch mit diesem Bescheid / ubi Philipp. Obs. 2. & ad d. t. 25. Conf. 2. Aqvò tamen communi recognitionis onere in foro nostro etiamnum excipiuntur, Decreta, Sententiæ & Recessus Judiciales, qui vires judicati jamjam obtinuerunt, Hi enim omnes absque ulteriori recognitione & litis sufflamine statim Executioni demandentur, uti decisum est ab Illustrissimo Saxone in Resol. Gravam. Provinc. de anno 1661. tit. von Justitien Sachen §. 1. verb. Wenn nehmlich 2c. Philipp. ad Decis. Eelect. 2. Obs. 7. & ad Decis. 74. obs. 1. no. 29. Caveant itaque Actores eorumque Advocati, quando ejusmodi Judicata & Recessus in manibus habent, ne recognitionem urgeant, sed statim Executionem fieri petant; Secus enim facientes, magnis adhuc sumptibus Processui denuo involvuntur, juxta Canonem, *Viam, quam elegisti, ambula l. si mulier §. fin. ff. quod metus causa c. quod semel de R. J. in 6to. Philipp. ad Decis. Elect. 12. obs. 2.* Quibus Decretis, minime obligationes Hypothecarias consensu licet judiciali confirmatas æquiparamus; illæ enim, etiamsi debitor tempore constitutionis, contenta obligationis judicialiter tacite agnoverit, adhuc recognoscendæ veniunt, *O. P. S. tit. 25. §. alle briefliche Uhefunden / B. Philipp. ad Decis. Elect. 2. Obs. 7. no. 1.* si quidem statuta & novæ constitutiones sunt strictissimi Juris, & in terminis proprie ita loquentibus accipiendæ, *Tusch. Tom. 7. Pract. Conclus. tit. S. conclus. 578. no. 22.* neque ultra casum, de quo diserte loquuntur, extendendæ, *Schrader de Fendis. p. 10. sect. 20. no. 169,* sed ad unquam observandæ,*

**Excipiuntur
Decreta,
Sententiæ
& Recessus
judiciales.**

**Non tamen
consensus
judiciales.**

da, B. Philip. ad d. Decis. 2. obs. 20. no. 4. *Quemadmodum Scabini Lipsienses in causâ Eva, Matthiæ Schmidii viduæ Actricis & ex consensu judiciali sine recognitione executionem urgentis ab unâ, & Bernhardtii Peters und Consorten / Rei ab alterâ parte, Mens. Febr. Anno 1682. novissimè responderunt, PP. Daß Klägers Suchen noch zur Zeit nicht statt hat; sondern es seynd Beflage vor allen Dingen/das fol. 2. & seqq. producirte Document zu recognosciren pflichtig / darauff so dann ergethet was recht ist / v. N. B.*

CAP. IV.
DE FORMA.

THEIS. I.

Tantum etiam de Objecto, ad Formam nunc Recognitionis Formam, paramus accessum; ut itaque Recognitio legitimè procedat, ante omnia à producente præmittatur una cum oblatione documentorum *Petitio* pro impetrando contra Reum termino, *arg. Consistit⁽¹⁾ Ord. Com. p. 1. tit. 22. Magnif. Dn. Schwendendorffer ad Fibig. p. in Termina 251. tit. B. quæ ad judicem competentem cujus Jurisdictio fundamenta, & qui Judicio Præpositus, Nicolai in Proc. p. 1. c. 53. no. 8. non verò ad Proto-Notarium, vel Actuarium dirigenda est, Ummiss in Process. disp. 5. Th. 1. no. 5. & Martin. ad O. Pr. Sax. tit. 25. §. alle no. 1. nam Judex nisi imploratus, officinm suam impertire non solet, l. 4. §. 8. ff. de Damn. infect. ibiq. Brunnem. no. 14. Assinus de Execut. §. 3. c. 1. & seqq. pag. 77. & seqq. vid. supra Cap. 2. Th. 1. habetur tamen & ille, pro Invocatò, quando Eidem documenta exhibentur; eo ipso enim recognitio petita censetur: ut maximè verbis id haud exprimatur O. P. S. tit. 24. pr. & tit. 25. §. 2. verb. Daß eine iede brieffliche Urkunde / welche sein Gegentheil produciret; zu recognosciren schuldig / B. Philipp. ad Decis. El. 2. Obs. 6. no. 8. & seqq.*

THEIS. II. Quo facto, Judicis officio incumbit, certum terminum præfigere & curare, ut transmissis documentorum copiis, Reus ad eum legitimè citetur O. Pr. S. tit. 25. §. alle l. 18. C. de Citatione ⁽²⁾ in fide judicis.

Cui si Reus non pareat, *fide Instrum. l. 47. ff. de Re jud. Brunnem. ad d. l. 47.* Qui si postea non compareat, aut recognoscere, vel juratò diffiteri detrectet, in ejus deinceps contumaciâ minimè acquiescendum, sed documenta pro recognitis habenda, *Alth. in Dicaolog. lib. 3. c. 44. no. 5. p. 743.* & in causâ ulterius procedendum desuperque pronunciandum est, *Clem. 1. de Jud. O. P. S. tit. 25. §.* Weil es auch *vers. So lassen Res. Grav. Provinc. de Anno 1661 tit. von Justitien Sachen / §. hätte aber zum andern /* Non autem propterea ad Sententiam contumaciæ, quâ Instrumenta pro Recognitis declarantur, nimium properandum, sed præmissâ partis accusatione contumaciæ, contumaci sub poenâ recogniti per sententiam Recognitio injungitur, quam si prævia citatione recognoscere jussus denuò negligat, documenta absque ulteriori mora pro recognitis judicentur, *Decis. El. 12. vers. Im Fall / ibi so dann Jhn sub poenâ recogniti vorladen / und da er abermahls aussenbleibet / Brieff und Siegel pro recognitis zu halten /* modo Recognituro legitimus terminus, qui in foro nostro ad sex septimanas & tres dies extenditur, antea plenariè fuerit concessus, *Res. Gr. Prov. de Anno 1661. tit. von Justitien-Sachen / §. 2. vers. Da aber ein Kläger.* Quæ tamen pro ratione circumstantiarum & Judicis arbitrio, tertio demum terminò aliquando fieri assolet, ita ut tandem quarto terminò super præsumpta recognitione feratur Sententia definitiva, *Brunnem. in P. C. c. 19. no. 38. Carpx. in. Proc. tit. 14. art. 3. no. 13. & seqq.* Verum dicta saltem procedunt in Civilibus, *Rudg. Rul. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 39. no. 5.* neutiqvam in Criminalibus aliisve arduis causis, ubi scriptura ob contumaciam pro recognitis & accusati pro confessis non habentur, sed Accusatores ad melius probandum remittuntur, *Berlich. p. 1. Concl. 44. no. 60. 61.* siquidem confessio sola in Criminalibus judicatum haud facit, sed ante omnia de ejus corpore delicti constare necesse est, *Faber in C. lib. 7. tit. 24. def. 1. Brunnem. ad l. un. C. d. Confess. no. 5.* Ubi & præterea in Civilibus occurrit, quod scripturæ ob contumaciam pro recognitis judicatæ, non excludant Exceptiones Reorum

rum

rum peremptorias, *Brunnem. ad l. 15. no. II. ff. de reb. aut. jud. poss. Carpx. decis. 235. Coler. in Process. Execut. p. 3. c. 1. no. 104. & seqq.*
 Non tamen refert, an Judex pro tribunali sedeat, necne *arg. l. 4. §. 1. ff. de interrog. Berlich. p. 1. c. 44. no. 2. 3. 8. 80. Nicol. in Process. p. 2. c. 13. no. 8. p. 517.* Nam à senibus, Valetudinariis, Illustribus aliisve egregiis personis, necessitate id exigente, in ædibus privatis coram Notario & Assessoribus Judicii ad eas missis, sumptibus non ipsius producentis, sed eorum, qui hoc impetrarunt, perfici potest, *l. 15. ff. de Jurejur. Carpx. part. 1. Const. 17. Def. 17. no. 5. & lib. 3. Resp. 80. no. 4. & seqq.* Sicuti recognitio Documentorum in aliâ Provincia, vel publico Archivò deprehenforum, Commissariis coram specialiter impetratis, citata tamen prius ad illum locum, sumptibus producentis, parte adversâ, aliàs expediri conceditur, *d. l. 4. §. 5. ff. de edendo & l. 18. C. de fid. Instr. Berlich. p. 1. Concl. 44. no. 57. 58. Jason ad d. l. 4. no. 9. & 10. Magnif. D. Schwendendorffer ad Fibig. C. 2. §. 16. no. 2. lit. D. p. 253. Carpx. lib. 3. Resp. 80.*

Quandoque extra locum judicii.

THESES. III. An autem Recognitio ante vel post litem contestatam à producto sit peragenda? nunc decidendum venit. Et distingui solet, an agatur ordinariè, an executivè *Hoc casu statim ab initio O. P. S. tit. 24. §. wenn auch in fin. illo verò casu post litem demum contestatam fiat recognitio, Dn. Struv. Ex. XXIX. Th. 32. addeò, ut si vel maximè instrumentum ante litis contestationem producat, nihil tamen hoc probat, nec adversa pars ad Recognitionem tenetur O. P. S. tit. 24. §. wenn auch gleich Carpx. p. 1. C. 17. d. 9. no. 21. Magnif. Schwendendorffer ad Fibig. p. 251. lit. A* cum Actor, invitâ parte adversâ, Processum ordinarium non possit facere summarium, *Mev. p. 5. decis. 106. no. 4. 5. decis. 171.* Quod tamè in foro Sax, Elect. limitatur, quando Actor, omnia actionis suæ ordinariæ membra documentis plenariè potest probare, quo ipso reus ad implorationem summariam respondere & statim Instrumenta recognoscere tenetur, *Res. Grav. Prov. de An. 1661. tit. von Justitien Sachen §. 8. Martin ad O. P. S. ad Rubr. no. 17.* Sed facta hoc modo recognitione, non confestim sequitur sententia.

Modo fiat non post L. C.

Nam actor Ordin. Process. non possit mutare.



definitiva, sed Reus Reprobatione suâ prius est audiendus, hinc nonnunquam sententiæ adjicitur, *Es wird aber Beklagter mit seiner gegen Nothdurff billig gehöret* Magnif. Dn. Schwendens Dörffer ad Fibig. p. 475. lit. a.

De J.C. qui-
dem produ-
cuntur usq;
ad conclu-
sionem.
De J. S. in
terminò
probatoria.

Quem an-
tipare non
possimus.

Verum ea
limitantur.

THES. IV. Lite proindè, Processu in Ordinario, contestata Instrumenta de Jure communi usq; ad conclusionem in causa produci possunt *c. 6 x de fide Instrum. M. Wesenb. in ff. de Fide Instr. no. 5.* Quod in fore Saxonico à tempore rei judicatae ad spatium termini Saxonicum extenditur, *Const. Elect. 17. p. 1. O. P. S. tit. 24. § Da der Kläger R. Gr. Pr. de An. 1661. tit. von Justitien Sachen § 21.* Non tamen necesse est, ut hocce spatiò probatio per sententiam injuncta plenariè absolvatur, sed ultimo etiam momentò sufficit, Articulos cum Documentis aut eorundem copiis & Directoriò judici offerre petereqve, ut terminus præfigatur & ad recognoscendum adversarius citetur, *d. d. rex Carpx. p. 1. c. 17. def. 1. § lib. 3. Res. 77. no. 4. § 5. Philipp. ad O. P. S. tit. 20. Cons. 1.* nec licet Producenti anticipare, ita, ut quamvis documenta unà cum libellò exhibeat, postea tamen eadem, terminò probatorio accelerante, etiam nun producere teneatur, *O. P. S. tit. 24. § Wenn auch intantum, ut non sufficiat reproductio verbalis, sed reali cum copiarum exhibitione subpœnâ desertæ probationis omninò opus est, arg. l. 1. § 1. ff. quod quisq; Jur. § d. § Wenn auch re. Berlich. p. 1. C. 43. no. 2. d. 3. 7. § 39. Mevius p. 6. decis. 195. no. 4.* Quibus denique benè observatis, ulterius requiritur, ut probare jussus, in terminò exempla cum Originalibus corroboret, & eadem ad recognoscendum demum realiter producat, *O. P. S. tit. 24. § Desgleichen ibiq; Martin. no. 3. Carpx. in Proc. tit. 14. art. 1. no. 12. § seqq. Magnif. Dn. D. Born. in Disput. 1. ad Univers. Jus. jud. Th. 52. lit. B. J. B. Philipp. ad d. tit. 24. Cons. 2.* Qui hanc materiam degantissimo præjudiciò illustrat.

THES. V. Sed prædicta notabiliter limitantur 1. quando Instrumenta ad Litis ingressum impediendum ejusque exceptionem stabiliendam producuntur, quo ipso Recognitio ante Li-

tem

tem Contestatam Actori injungi potest, O. P. S. tit. 24. § Wenn auch Brunnem, ad Pr. Civ. c. 19. no. 12. Carpx. p. 1. C. 17. d. 10. aut (2) quando ex Instrumento garentigiato executivè auff die Hülffe agitur d. § Wenn auch ic. § Magnif. Ord. Dn. D. Born, in Disp. 1. ad Univers. Jus Jud. Th. 52. lit. B. in fine, Ubi in Vim Litis Contestationis, Joh. Zanger de Except. p. 1. c. 2. no. 24. B. Philipp. ad Decif. 12. obs. 2. no. 13. & Responfionis, ab initio statim recognitio exigitur O. P. S. tit. 24. § Wenn auch *in fin.* nec loco ejusdem solennis litis contestatio admittitur, Carpx. tit. 22. art. 2. no. 6. 7. & 71. Magnif. D. Schwendendorffer ad Fibig. § 14. lit. P. p. 204. nisi Actor una cum instrumento libellum ordinarium ediderit, & Processum Executivum in Ordinarium spontè mutaverit, Decif. El. 12. § Es würde denn ubi B. Philipp. obs. 2. Quod tamen in vito Adversario, etiam judice consentiente, haud procedit, Mev. p. 3. decis. 16. no. 6. nam quod causa sit summaria & executiva, non tantum in Actoris sed & Rei favorem est constitutum, ut eò citius à molestia liberetur, ideoque in Clem. sepè d. V. S. conventio partium requiritur, Carpx. lib. 1. Res. 79. no. 12. 13. Brunnem. ad Proc. C. c. 1. no. 17, Martin in O. P. S. ad Rubr. no. 14. & 15. Processus tamen ut ritè formetur executivus, ante omnia necesse est ut Creditor debitoris Chirographum vel alia Documenta, quibus ad certam summam ipsi exsolvendam obligatur, in judicio prius producat, Deinde copias eorum una cum liquidatione & literis, quibus recognitionem petit, ad Acta offerat, nec non ut Judex hæc omnia Reo transmittat, terminumque legalem indulgeat, insimulque certum diem ad recognoscendum vel juratò diffitendum præfigat, R. Gr. P. de An. 1661 Tit. von Justitien Sachen § 2. vers. Da aber Kläger Philipp. ad Decif. Elect. 2. Obs. 10.

THES VI. In Terminò præviâ producentis provocatione & documentorum originalium aut pro renata copiarum exhibitione O. P. S. tit. 24. § Desgleichen Productus demum Instrumenta accurate introspiciat, & sifidant exceptiones non, tantum manum suâ, & sigillū pro suo, sed & obligationem ipsam atque sic contenta

D 3

ejus-
cumento-
rum,Modus
Processus
ExecutivæForma 4.
exhibitio-
nem origi-
nalianum de-
siderat.
Et 5. agni-
tionem do-
cumento-
rum,

Quæ præsumitur quando subscriptionem, simpliciter agnoscit.

Limitatur.

eiusdem agnoscat *l. f. C. plus valere quod agatur* & *c. l. 55, de C. de Administr. tute l. 6. de Fidejuss. l. 39. ff. de pignor. O. P. S. tit. 25. § Des gleichen* & *§ seq. ibi* daß sie auff *rc. Carpx. p. 1. C. 17. d. 16. no. 2 & 3 Brunnem. ad p. C. cap. 19. no. 37. Berlich. p. 1. C. 44. no. 11. & seqq.* Quæ contentorum agnitio facta quoque præsumitur, quando quis simpliciter subscriptionem manus & appositionem sigilli pro suo recognovit, neque contra Documenti interna vel externa aliqua opponere habuit. Quemadmodum enim subscribens omnia contenta approbasse, *Wehner in Obs. Pract. verb. Blancket p. 73.* & tenorem documenti non ignorasse, sed potius inspexisse atque cognovisse præsumitur, *Bartol. in l. 1. § si quis negat. ff. Testam. quemadm. aper. vers. quæro* & *Wesner d. l. Philipp. lib. 3. Eclog. 56. no. 7.* ita quoque simpliciter recognoscens, ad hoc, ut documentum pro satis recognitio judicetur, nec amplius adversa pars, quod extensum non esse manum suam, aut Chartam fuisse blancam forte excipiat, audiatur, *Pfeil. Consil. 33. no. 3. Philipp. d. l. no. 3. Carpx. p. 1. C. 17. d. 42. uti Scabini Lipsiensis mense Octobr. 1679. in causa W. D. Erben Kl. contra J. C. A. Beflagtens responderunt,* Daß Beflagter den de Dato 22 Octobris Anno 1670 sub lit. A. producirten vergleichgnugsam recognosciret dannenhero er die darinnen enthaltene 2500 Rthlr Capital sampt den rückständigen Zinsen *rc.* zu bezahlen schuldig *rc.* in verbleibung güttlicher entrichtung aber / wird diesen in das verschriebene Haus billig verholffen *B. R. W.* Verum cum hæc præsumptio non sit juris & de Jure, sed juris tantum, ita contrariam quoque assumit probationem *Eckolt ad tit. ff. de prob. § 7.* Hinc si documentis fortè, conjecturæ falsi satisfactissimæ in continenti adduci potuissent, productus à recognitionis actu tamdiu liberatur, donec producens à falsi crimine se purgavit, *L. f. C. d. Ordine judic. l. 22. pr. C. ad L. Corn. defalsis Brunnem. ad d. L. f. no. 4. § ad tit. C. plus valere quod agatur. no. 6. Carpx. lib. 2. Rof. 52. Philipp. d. l. no. 16. ubi præjudicium,* sin autem exceptiones istæ contra Instrumentum productæ non sin relevantes, sed adhuc altioris indaginis, Productus interim recognoscere jube-

jubetur, et cum suis probationibus quibus cunque, post finitam de-
 mum executionem & plenariam satisfactionem, in Reconventio-
 nem remittitur arg. § 11. & 16. *J. de Jurr. stipul. L. 2. C. plus valere*
quod agitur, Carpz. p. 1. C. 17. d. 42. Philipp. ad Decif. El. 2. Obs. 8
no. 5. quod Idem d. l. perspicuo illustrat præjudicio, Consulitur tamé
 hoc in casu Recognituro, si contra contenta obligationis quædam
 suspecti habeat allegare, ut subscriptionem & sigillum pro suo
 quidem recognoscat, sed ex falsi præsumptionibus ad diffensionem
 contentorum illicò se offerat, prout quotidiana nos docet ob-
 servantia.

Cautela.]

THES VII Nihil autem interesse putamus, an quis Docu-
 menta generaliter, aut specialiter recognoscat, ita ut priori casu
 dicat P.P. So will Product die Documenta vor die jenigen/wovor
 sie von Gegentheil ausgegeben worden/recognosciret haben: Poste-
 riori verò, hoc modo provocet P.P. product will der Citation zu sol-
 ge die geforderte Recognition folgender Gestalt verrichten/u. reco-
 gnosciret das Document sub A vor einem de dato den 21. Decembr
 1681 zwischen producenten und producten auffgerichteten Kauff-
 brieff/ das sub lit. B. aber vor einen sub dato den 22. Decembr. 1681
 darüber ertheilten Gerichtlichen Consens *Magnif. D. Schwendens*
Dörffer ad Fibig. § 16. lit. 7. p. 243. Quod autem recognoscens
 simul asserat, sigillum cum voluntate sua quoque esse appositum,
 ne vix quidem requiritur, *Nicolai in Process. p. 1. C. 53. no. 8. Carpz.*
p. 1. C. 17. d. 16. no. 3. Recognoscentem enim, uti subscriptionem,
 ita & sigillum cum voluntate sua apposuisse, tamdiu præsumi-
 tur, donec contrarium probetur, nam suscriptio & consignatio
 aut alterutrum eorum consensum, obligationem, ejusdemque
 plenariam approbationem inducit, *l. 8. § 15. ff. quibus mod. pign.*
solvi, ibiq. Brunnem. no 14. & Carpz. p. 2. Decif. 124.

Fit autem
 agnitio vel
 generaliter.

Vel specia-
 liter.

Quid de Si-
 gillo.

THES IIX De Recognitione autem nostra dubitabatur
 antea, an non jurejurando confirmari debeat? *Rutg. Ruland. de*
Comiss. p. 2. lib. 5. c. 39. no. 12. & seqq. Mev. p. 4. decis. 147. no. 3. &
 hocce necessarium esse non putamus; nam Recognitio propriam
 indu-

Non au-
 tem jure
 jurando.

Et absque
protestati-
one.

benè tamè
cum ad sa-
sione.

inducat confessionem, ideoque eidem sine ulteriori adminiculo creditur l. 25. § ff. de probat. l. 19. C. de fide Instrum. l. 1. § ff. de foro Compet. in 6to. O. P. S. tit. 25. § Desgleichen in fin. Carpx. p. 1. C. 17. d. 12. Quod non solum in proprio, sed etiam parentum aliorumque antecessorum sigillò & scripturâ verum est Berlich. p. 1. c. 44. no. 46. Nec recognoscenti præterea opituletur, quod suæ agnitioni Instrumentorum illicò protestationem, hæc citra animum recognoscendi dicta fuisse, adjiciat, Carpx. p. 1. c. 17. d. 16. no. 5. & seqq. cum protestatio ipsi facto contraria nihil operari possit, l. 21. ff. de acquir. vel omitt. hered. Mev. p. 2. decis. 335. Nicola: in Proc. cap. 53. no. 8. An autem aliquis ipse recognoscat, an saltem recognoscenti alteri adhæreat, nihil refert, quemadmodum enim hoc ipsum in litis contestatione, cur non etiam in Recognitione, loco ejusdem quandoq; suscepta, admittatur, O. P. S. tit. 16 in fin. Martin. d. l. § Desgleichen no. 4.

THES IX. Cautelam in super Recognoscentes habent, quod Et solvis ex salvis exceptionibus recognoscant v. g. P. P. Er wolle das Document sub A. worvor es von Klägern ausgegeben / iedoch salvis exceptionibus recognosciret haben. / vel Product wolle das Document sub B. iedoch anderer Gestalt nicht / als salvis exceptionibus &c. recognosciren: Cujus effectus hic est, ut facta recognitione, non statim præfigatur executio, sed super illis prius cognoscatur, Berlich. p. 1. conclus. 84. no. 97. & seqq. Quæ si inventæ fuerint relevantes, admittuntur, & interim, donec super exceptionibus negotium fuerit discussum, executio suspenditur; sin minus, in executione proceditur, exceptionesque omnes in reconventionem rejiciuntur, Berlich. d. l. Quæ clausula (i. e. salvis exceptionibus) diseretis etiam verbis in sententia non reservata, semper tamen reservata subintelligitur, Carpx. in Pr. tit. 14. art. 3. no. 27. Non enim statim sequitur, recognovi documentum pro manu meâ, ergò nulla mihi superest exceptio, siquidem & Instrumentum ob Contumaciam debitoris pro recognito judicatum, exceptiones suas admittat, per supra tradita Resol. Gr. Prov. de Anno 1661. tit. von

von Justicien Sachen §2. Brunnem. ad l. 15. ff. de reb. auth. Jud. poss. no 11. ita & recognitio expressa, suas defensiones admittere debet: cum fictum non majorem effectum tribuat, quam verum, Brunnem. in Pr. Civ. Cap. 19. no. 35. Dn. Martin. ad O.P.S. tit. 25. § Wenn es no 70.

THESES. X. Et quamvis hodiè ex Plurimorum opinione exceptiones istæ usque ad Sententiam, *Doctissimus Belga Vinnius ad §. 11. Inst. d. Except. no 6.* imò & Executionem opponi possent, *Decis. Elect. 2. ibique Philipp. Obs. 8. & ad O. P. S. tit. 39. Conf. 1. Nicolai in Process. p. 3. c. 12. no. 7.* Id tamen singulariter in forò nostro Sax. Elect. receptum est, quod, contra Instrumentū præcipuè garentigiatum; ne multitudine exceptionum Judex obtundatur, & eadem nimium suspendantur, Debitor omnes quas habet exceptiones, intra tres septimanas, à tempore insinuatæ citationis, cum Documentorum copiis, quibus probare velit, in scriptis exhibeat Indiciqve offerat & si hoc forte negligat, nec dilationem propterea impetret, nulla amplius exceptio, sive ea ex naturâ contractus oriatur, sive ex ipsis documentis appareat, præter exceptionem solutionis & compensationis, in Executionis terminò admittatur, sed Debitor cum hisce omnibus in Reconvensionem rejiciatur. *Decis. Elect. 2. Res. Gr. Prov. de Anno 1661. tit. von Justicien-Sachen §3. Philipp. ad O.P.S. tit. 11. Conf. 1. & ad Decis. 2. Obs. 9.*

Quæ usque ad Executionem admittuntur. Exceptio est in Foro S.

THESES. XI. Est autem recognitio adeò necessaria, ut omitti haud possit, *Philipp. ad Decis. El. 74. Obs. 1. no 8.* Scriptura enim præcipuè privata, contra Scribentem non meretur fidem, *l. C. qui pot. in pign. nisi in vim confessionis, prius accesserit recognitio, l. 25. §. fin. ff. de probat. l. 19. C. de fid. Instrum:* hinc Recognitioni nequaquam quis renunciare, nec actus ille renunciati præjudicare poterit, *d. l. 25. §. fin.* Quis enim non vidit fraudem, quâ Debitor circumveniretur; cum fallax Creditor eodem pariter dolò, quo scripturam falsam pinxit, etiam recognitionis renunciationem addere potuisset, *Carpz. p. 1. C. 17. d. 23. Philipp. ad Decis. Elect. 2. Obs. 6. no 12. & seqq. Brunnem. in P. C. c. 17. no 37.* nisi fortè Documentum à testibus ad minimum duobus subscriptum

Recognitio nemo possit renunciare.

E

depre-

deprehendatur, quo casu absque Debitoris Recognitione instrumentum probat, si modo, vice ejusdem, Testes actum recognitionis jurejurando expriment, *arg. O. P. S. tit. 25. §. Do aber der pro-
ducent, l. 9. C. de testibus, Carpz. d. l. d. 24. Martin ad O. P. S. tit.
25. §. Wenn auch no 43. ubi à Scabinis Lipsiensibus refert Respon-
sum, quod pro illustratione non piget hic adscribere P.P. Habt ihr
wider Conrad Schillingen auff klare Brieff und Siegel geklaget /
ob nun wohl darinnen dieses pactum zu finden / daß dem Brieff und
Siegel ohne vorhergehende recognition geglaubet / und darauff
die Execution angestellet werden solte / So mag doch selbiges pa-
cti ungeachtet / gedachter Schilling / ehe und bevor Brieff und Sie-
gel von ihnen gebührende recognosciret wird / demselben nachzu-
kommen / nicht angehalten werden / Es wäre denn / daß zum we-
nigsten zwey Zeugen darbey gewesen / und Brieff und Siegel un-
terschrieben hätten / solches auch nachmahls eydlich bezeugen wür-
den / auff solchen Fall wäre des Debitoris Recognitio unvornm-
then / und er nicht roeniger Brieff und Siegel Folge zu leisten
schuldig / v. R. W.*

Recognitio
fiat 6.
Bona fide
non in
præjudiciū.
à Maritō.

*THESES. XII. Ulterius circa formale Recognitionis ad mo-
nendi sumus, ut Bona Fide non in præjudicium tertii & Cre-
ditorum eadem perficiatur, Carpz. p. 1. C. 17. def. 16. no 2. Berlich:
p. 1. C. 44. no 8. Hinc maritus obætatus, si uxori recognoscat in-
strumentum dotis, cui Creditores exceptionem non numeratæ
dotis opponunt, eo ipso, Dos, nisi de reali dotis numeratione a-
liunde appareat, non satis probatur, l. 1. §. 11. C. de Dot. cuat. l. 12.
§. 1. C. qui pot. in pign. Coler. in Proc. Execut. p. 3. c. 1. no 109. Mariti
enim confessio nimium videtur suspecta, inducitque speciem do-
nationis inter virum & uxorem, quæ tamē ipso jure est vetita ff. d.
don. int. V. §. U. nec Creditorib9 licet Chirographariis præjudicare
potest, d. l. 1. 2 Carpz. l. 4. Resp. 23. no 5. 6. Schneidw. ad §. 29. Inst. de aët.
no. 63. §. 65. nec juvat, pro obtinenda dote, uxorem publicum instru-
mentum super dotis confessione confectum, Carpz. p. 1. c. 28. d. 73.
aut Juramentum Mariti propterea præstitum, Carpz. d. def. 73.
Et hoc intantum verum est, etiamsi uxor juramentum suppleto-
rium*

rium, cum in finem velit præstare, *Carpz. d. l. def. 25. Mev. p. 4. decis. 155.* deficit nempe semiplena probatio, *Finckelth. Obs. 22.* Quod tamen assertum quandoque à Regulis juris recedit (1.) Si Creditores exceptionem non numeratæ dotis non opponunt, & ita liquidationem tacitè approbant, *l. 3. vers. except. oppos. C. de N. N. P. Berlich. p. 1. c. 65. no 57.* (2.) Si reliqui Creditores credita æquè ut uxor sola Debitoris confessione vel Apocha probant, *Carpz. lib. 4. Resp. 23.* par est enim conditio agentium, quo casu Dos tanquam res favorabilior præferatur, *Schneidem. d. l. no 67.* In tantum ut Creditoribus quoque, qui ex solo Chirographo Mariti, Aresta impetrarunt, præjudicet. *Carpz. d. l. no 9. & seqq.* (3.) quando Maritus à tertio quopiam extraneò dotem se accepisse, confessus est, cessat enim hoc casu præsumptio fraudis, *Carpz. d. l. no 16. & p. 1. c. 28. d. 79.* (4.) Si uxor veresimilia pro illata dote argumenta, veluti unius testis depositionem aut ratione amplæ dotis alimentorum promissionem vel ex intervallò, ex alio quam pactorum dotalium instrumentò, dotis confessionem adducere valet *l. 14. §. 1. C. d. NN. P. ubi Brunnem. no 2. Carpz. p. 1. c. 28. d. 81. Martin. ad O. P. S. tit. 42. pr. no 50. & seqq.* Quo tamen & simili casu, juramentum supplementarium uxori quandoque adjudicatur, quemadmodum à Collegiis Juridicis sæpiùs pronuntiatur: Deniqve prodest Maritus uxori, recognitione adhuc sua, si hac ipsa, saltem suis præjudicet heredibus, cum illos factum defuncti præstare oporteat. *l. 24. C. de R. V. d. l. 14. l. 3. ff. de serv. corrupt.*

THESES XIII. Quod diximus in præcedente Thesi, de Uxore obæratæ, commodè ad alios ejusdem Creditores putativos accom-
modare possumus, nam si debitor ad inopiam vergens, quibusdam, quibus nihil debuit, *l. 28. ff. ad Scit Vellej.* aut debuit quidem, sed ipsis ex personali saltem vinculo fuit obstrictus *l. 10. § 13. l. 22. ff. qui in fraud. Cred.* in fraudem cæterorum Creditorum Chirographa exhibuerit, vel saltem pignora & hypothecas, antea nulli horum promissas *l. 13. ff. d. l. Berlich. decis. 118. no 4.* constituerit, atque sic alios fictè anteposuerit *l. 2. in fin. ff. d. l.* non tamen propterea recognitione sua anterioribus potioribusque præjudicare poterit *l. 6*



§ 6. in fin. d.l. cum ea omnia tanquam in fraudem Creditorum constituta revocentur, Berlich. p. 2. decis. 118. no 1. 2. & 3. Brunnem. ad d. l. 28. § l. 1. no 3. ff. quæ in fraud. Cred. Excell. Dn. D. A. B. Carpz. PP. in Disp. inaug. de servandis his, quæ in fraud. Cred. alien. c. 4. Thes. 15. Quæ ratione si præsumptio defraudandi in provocatione ad recognoscendum, contra unum alterumve Creditorem militati Judex Eidem, etiam non petentibus Concreditoribus, Iuramentum deferre potest, Decis. Elect. 70. ibique Philipp. no 22. & seqq. Quod, si producens præstare recuset, cum sua petitione & instantiâ rejicitur, arg. dict. Decis. 70. & non amplius cum eadem auditur, cap. fin. de Confess. in 6to. Berlich p. 13 Concl. 42. no 18. Unde Scabini Lipsienses Mense Aprili 1682 ita responderunt, PP. Würde nun N. N. ebenmäßig / daß er warhafftig bey den Schuldner 200. Rth. zusehern habe / der von ihme hirüber producirte Wechselbrieff auch gewiß in der Leipziger Michâelis-Messe des 1680. Jahres ausgestellt / und alsobald damahl die conventional hypothecc demselben ein verleibet gewesen. und nach der Zeit nichts darauff bezahlet worden / vermittelst Endes bestârcken / immassen ihme vor allen Dingen zu thun obliegt / so ergeheth auff seine albereit prosequirte Leuterung / wenn solche kûrzlich wiederhollet wird / ferner was recht ist / etc.

Et super
Eodem 7.
Sententie
feratur.

THESE XIV. Denique notari meretur, quod Superfactâ recognitione, semper pronuncianum sit, unde licet Instrumentum recognitum, antequam tamen sententia desuper fuerit lata, ut illud profatis judicatō & recognitō habeatur, daß es zur nothdurfft recognosciret / oder nunmehr pro recognitō gehalten werde / tam in ordinariō quam extraordinariō sufficienter probare haud poterit, Nicol in Process. p. 1. c. 53. no 10. Magnf. Dn. Schwendendorffer ad Fibig. p. 257. no 1. Quis enim ante sententiam desuper latam, non videt recognitionis incertitudinem? Carpz. tit. 14. art. 3. no 8. & seqq. Quare si recognitio non rectè, aut non sufficienter facta in sententiâ appareat, eandem à Reo aliter perficiendam esse, docet Magn. Dn. Schwendendorffer d. l. no 2.

CAPUT V.
DE FINE ET EFFECTU.

THE S I.

Finis Recognitionis nostræ, alius est ratione introductionis, alius ratione Decisionis, ILLE est nequis pro immutandâ veritate, contra aliquem falsis instrumentis utatur *Philipp. Decis. 2. Obs. 6. no 4. & seqq. vid. supra C. 2. Th. 2 in pr.* Hic verò, ut Judici fi-
des fiat, arg. l. 12. ff. de probat. ad formandum animi motum, in fe-
renda sententiâ, arg. l. 3. §. 2. l. 20. §. fin. ff. de testib. l. 40. ff. ad L.
Aquil. vide definitionem nostram.

Finis est vel
introdu-
tionis.

Vel Deci-
sionis.

THE S. II. Ex quò uti & reliquis supra expositis, fluit varii
generis Effectus, qui potest esse vel *generalis* vel *specialis*, ILLE o-
peratur vim Confessionis, *Philipp. ad Decis. El. 2. Obs. 6. no 6. &*
Decis. 12. obs. r. n. 13. & seqq. Cui contra recognoscentem *Eckolt ad*
tit. ff. de Confess. §. 4. no 2. Perez. in Codic. eod. tit. no 18. ejusque suc-
cessores l. 34. §. 1. ff. de pign. & *Hypoth. Mennch. A. J. Q. lib. 2. Cas.*
92. no 6. & 10. Mascard. de probat. Conclus. 626. non verò ter-
tium aliquem lib. 7. C. de probat. *Mensch. A. J. Q. Cas. 46. no 22.*
omninò est standum, l. 25. §. f. ff. d. *Probat. L. 19. C. de Fid. Instr.*
non tamen Recognoscenti adminiculum potest adferre, l. 5. &
l. fin. C. de probat. L. f. C. de *conveniend. fisci debit.* cum certum sit,
quod nemo in propria causâ oportunum ferat testimonium l. 10.
ff. l. 10. C. de testib. *Carpz. in Porc. tit. 14. art. 5. no 2 & seqq. Umm.*
in Pr. Disp. 17. Th. 5. no 22. nisi instrumentum ita recognitum, duo
connexa exhibeat, unum pro recognoscente, alterum contra e-
undem, atque alterum ab adversario acceptetur, nec contra alte-
rum protestetur. *Alth. in Dicaol. lib. 3. cap. 43 no 8.*

Effectus a-
lius genera-
lis ut vis
confessio-
nis.

Modo fiat
coram Ju-
dice com-
petante.
Extrajudi-
cialis enim
sempiterna
saltem pro-
bat.

Exemplum
est Clerico.

THE S. III. Verum ut actus iste summi præjudicii præju-
dicet, necesse est, ut fiat coram iudice competente, *vid. supra cap.*
4. Th. 1. & 2. Extrajudicialis enim agnitio non plenam sed mi-
nus saltem plenam facit probationem, *Perez. ad tit. C. de Confess.*
no 18. hinc Clericus corâ Iudice seculari, cum protestatione impri-
mis, recognoscentis pro iudicato nō habetur, nec condemnandus est
arg. cap. 4. X. d. Judic. Carpz. in Jurispr. Conf. lib. 3. def. 3. pag.
6. Umm. in Proc. Disp. 8. Thes. 9. no. 58. pag. 365. Ita nec Studiosi

Et Studiofo.

coram Magistratu oppidanò instrumenti recognitio valebit, *Perez. d. l. no. 6.* Quia ille invito Rectore aliud forum eligere nequit, *Magnif. Dn. Schwendendorffer in Disput. de Renunci. fori priv. cap. 5. ubi Statutum Lips. Academ. allegat;* Secus est in reliquis Forò specialiter privilegiatò non gaudentibus, ii enim exceptionem incompetentiæ statim ab initiò opponere necesse habent, alias tacitè foro suo renunciant, & usque ad finem litis ibidem permanere tenentur, *arg. l. p. C. d. Pact. l. 52. C. de Episc. & Clericis O. P. S. tit. 11. ubi Philipp. Conf. 4. no. 1. Carpz. lib. 2. Resp. 9. & in Proc. tit. 9. art. 2. no. 2. & seqq.* Quòd autem de instrumentò extrajudicialiter recognito modò diximus, limitatur, si desuper instrumentũ confectum *l. 26. §. 2. ff. de pos. vel coram duobus ad minimum*

Limitatio.

testibus eadem corroborata, *l. 13. §. 1. C. d. non numerata pec. l. 15. C. de fid. Instr. Nov. 90. c. 2.* aut saltem præsente adversario facta & ab eodem acceptata, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 21.* vel geminata denique fuerit, *arg. l. 22. C. de Sci. Valles. ad hoc, ut plenam ibidem producat fidem d. l. Berlich. p. 1. c. 36. no. 101. & seqq. Brunnem. ad tit. C. de Confess. no. 8.*

Alius est
Specialis
Vel in Pro-
cessu Ordini-
nario.

THES. IV. Relicto Effectu generali, nunc ordo *specialem* tangit: ubi ordinarius Processus præcipuè ab Executivò separandus est. Quoad *ILLUM*, Recognitio Originalium, vel certo modo istarum copiarum, quarum, in *Th. 9. c. 3.* supra, facta est mentio, peracta prius in forò nostrò probatione & reprobatione *O. P. S. tit. 21.* insecutisque mutuis desuper Probationum Disputationibus, *O. P. S. tit. 29. ubi Philipp. Conf. 2.* vel plenã vel minus plenam tribuit probationẽ, ad hoc, ut *priori modo*, probanti juramentũ suppletorium, intra Octiduum à tempore Rei judicatæ suscipiendum, *O. P. S. tit. 18. & Decis. El. 18.* injungatur *l. 3. C. de jurejur. Carpz. l. 3. Resp. 81 no. 14.* Posteriori verò modo Reus per Sententiã definitivã, pro re nata vel absolvatur, vel vice versa condènetur, *l. 1. ff. de Rejud. l. 4. C. d. Eden. L. 9. C. d. O. & A. Marant in spec. aur. tit. Sent. no. 122.* quæ sententia Executioni demum demandari potest, uti in *Th. seq. videbimus.*

Ubi habet
vim proba-
tionis,

Vel in Pro-
cessu Exec-
cutivo

THES V. In PROCESSU verò EXECUTIVO, Recognitio, operatur *vim litis contestationis affirmative*, *Philipp. ad Decis. Elect. 2. Ob.*

Ob 1. no. 13. atque ita confessionem inducit, l. 576. ff. de Rejud. quæ effectum judicati l. 1. ff. l. un. C. de Confess. Actionemque de confessis Jure Civili, contra Recognoscentem seu Confitentem, ad consequendum id, quod ex confessione debetur, longo adhuc litis sufflamine arg. l. 51. ff. de pecul. instituendam producebat ad. LL. ibi Eckolt. ad d. 1. § 4. no 4. Quæ tamen actio moribus nostris à forò recessit, & eadem omitta, absque morâ & ulteriori probatione & reprobatione Decis. El. 12. verb. Es haben ubi Philipp. Obs. 1. no 15. 16. Carpz. l. 3. Resp. 69. ad executionem proceditur, Hillig. ad Donell. lib. 17. c. 3. lit. A. Gail l. 1. Obs. 113. no 9. Nam consuetudine Camerae Spirensis O. Camer. p. 3. tit. 43. Imprimis verò Jure Sax Elect. Ord. S. Prov. de An. 1555. Rubr. von versehten Brieff & Res. Gr. Pr. de An. 1612. tit. von Justitien Sachē / no 10. O. P. S. tit. 24 § Weñ auch gleich & Res. Gr. Pr. de An. 1661. tit. von Justitien Sachen § 12. inductum est, ut recognoscens statim pro judicato habeatur, non, ut actu propterea judicatus, sed adhuc judicandus & ab executionem condemnandus sit, arg. l. 3. § 5. ff. de Confess. & ibi Brunnem. ad Cod. no 3. Cum Instrumentum Gvarentigiatum recognitum paratam mereatur executionem, Philipp. d. Obs. 21. no 4. Hinc Magn. Dr. Schwendendorffer in Tr. de Act. c. 3. membr. 2. p. 98. talem pronuntiandi formulam suppeditat, PP. Die weil Beklagter die unterm dato den 20. Originaliter producirte Obligation gebührende recognosciret, so ist er auch inhalts derselben / die libellirten 300. Rth. capital. nebst denen von Zeit des verzugs auffgelauffenen interresse Klägern abzustatten schuldig / im Manglung güttlicher Ent- richtung / wird ihme hiezuh gebührende billig verhelffen.

THESES. VI. Post factam Condemnationem & Remjudicatum intercedentem, condemnatus Executionem patitur, quæ d. J. C. in Actione Reali, nisi Judex Reo citra calumniam petenti al- quod tempus arbitrarium ad exhibitionem indulgeat § 1. 2. d. Off. jud. sine ulla morâ procedebat, l. 11. L. 68. de R. V. ibique Wesenb. no 16. Quod spatium de Foro Sax. etiam absque petitione, ad 14. dies ipso Jure extenditur O. P. S. tit. 39. § Wehmlich 20. Constit. El. 32. § fin. p. 2. Quem intra terminum, si judicatus sententiæ non pare- at,

Missã actio-
ne de Con-
fessis.

Ad Execu-
tionem pro-
ceditur.

Et eadem
quodam
tempore in-
stituitur.

at, executio realis demum instituitur, & Res à Reo petita manu quasi militari aufertur, *d. l. 68. ff. de R. V. Philipp. ad d. § Nemlich 2c. Conf. 2.* Secus est in actione personali, ubi de Jure Civili Executio non statim decernitur, sed prius quadrimestre tempus est expectandum, *l. 2. § fin. C. de Usu Rei jud. l. f. C. de Execut. Rei jud. icipue Brunnem, n. 2.* Quod de Jure Sax. communi ad quindenam auff 14. tage Landt R. *lib. 2. art. 5. post pr. § art. 20. vers. Das er 2c.* In foro verò nostro ad legitimum terminum auff eine Sächs. Frist reducitur, *O. P. S. tit. 39. § Wenn aber 2c. Const. Elect. 32. pr. p. 1* Quibus in textibus simul disponitur, quod in præcepto executivò solutio intraterminum Saxonicum debitori imponatur, & infimul Executio ad certum diem determinetur, cuius Reus non pareat solutionemque præstet. realis tùm demum perficiatur executio; Sed cum hæcenus hoc observatum haud fuerit, ita *in R. Gr. Pr. de An. 1661 tit von Justitien Sachen § 2. in fine.* ut in ipso Decretò vel sententiâ condemnatoria, certus Terminus, quò Executio fiat, nominatim designetur & in casu nõ factæ ultroneæ solutionis eadem realiter efficiatur, denuò statutum est, *Philipp. add. O. P. S. tit. 39. Conf. 4.*

THESE VII. In terminò Executionis, Actor Executionem fieri petit, quam Reus nisi exceptionibus suis peremptoriis, intra tres hebdomadas judici antea oblatis & nunc iterum oppositis, impedire nequit; sed si eadem in continenti, hoc est intra spatium Saxonicum *Philipp. ad Decis. El. 2. Obs. 5.* unice per Documenta vel confessionem partis *Res. Grax. Prov. de An. 1661 tit. von Just. Sachen § 4. Philipp. d. l. Obs. 2. no 2.* non efficiantur liquidabiles, in Reconventionem omnes rejiciuntur *Philip. d. l. Obs. 4.* & ad Executionem realem proceditur *O. P. S. tit. 39. § Wenn a das Urthel 2c. in fi. Resol. Gr. Pr. de an. 1661 tit. von Just. Sachen § 5. § Decis. El. 2. ibique Philipp. de l. Obs. 7. 8. 9. § 10 § ad d. tit. 39. Conf. 5.* Non tamen propterea omnia debitoris bona statim ab initio occupantur, sed regulariter certus modus observandus est, primò enim ad res mobiles, deinde ad res immobiles, postea ad Actiones & Jura, denique ad personæ custodiam deveniendum est, *l. 15. § 3. ad 8. ff.*

Reali Executione proceditur.

8. ff. de Re jud. O. P. S. tit. 39. §. anfänglich / Quem præscriptum Ordinem Judex, si apparentem nullitatem nolit committere, ad unquam observabit. *Philipp. ad O. P. S. tit. 39. Conf. 9.* in superque in foro nostro necesse habebit, Executionem præcipuè in immobilibus, certis & consuetis ceremoniis expedire, *O. P. S. tit. 47. §.* Es ist aber so. Fit enim illa in ædibus, per scissuram frusti ligni, mit Aufhauung eines Spanns / in agrò, effossione glebæ, mit Aufhebung eines Rasens / in vineis verò, seminibus vineaticis erutis mit Aufhebung eines Wein-Rebens *Nicol. in Proc. p. 3. c. 8. no. 6.*

THES IIX. Cujus occasione quæritur; numne tertius suâ contradictione, quod fortè dicat, rem non esse debitoris, hanc realem executionem impedire possit? Et non reor; Sed Executor summarie interim de hoc cognoscat, & cognito, rem esse contradictoris, in tetim facit Executionem, & intervenienti tertio Rei vindicationem in Ordinario Judiciò reservet, *d. l. 15. §. 4. ff. de Rejud. ibi Zas. Hillig. ad Donell. lib. 27. c. 3. lit. D.* Qua provisione prospicit & Creditori, & non nocet tertio, *Brunnem. ad l. 15. no. 23.* Quod eodem modo procedit, quando Creditor contra Maritum agit, & uxor pro dote, contradictione suâ, intervenit, *l. 29. C. de Jure dot. ubi Brunnem. no. 17.* Ut enim ex Instrumentò paratissima detur executio, id tamen saltem respectu debitoris, non verò tertii verum est, & si tertius audiatur, cur non quoque ob paritatem rationis uxor; Ubi præterea distingvi solet, an habeat uxor ratione dōis generalem an specialem hypothecam, Hoc casu Creditor statim per interventionem ejusdem excluditur, illo verò non eque, nisi alia remedia desint, *Mev. p. 4. decis. 59.* cum & aliàs in rem litigiosam executio minimè decernatur *l. 2. C. quando fiscus vel privatus, Carpz. tit. 25. art. 2. no. 47.*

THES IX. Possent hic præterea quædam de Immissione & Subhastatione addi, verum, cum præsens labor præter intentionem sub manu adeò creverit, & mens mea non sit, prolixos tractatus scribere, ita B. L. ad Practicos famigeratissimos, præcipuè tamen *Magnif. Dn. Schwendendorffern ad Fibig. p. 351. & Nicol. d. c. 8. nec non Philipp. in tr. de Subhast. remitto, & propero ad*

Num v. tertius eam impedire possit.

Transitio.

CAP. ULTIMUM.

DE CONTRARIIS & AFFINIBUS.

THESI. I.

Ad Contra- **P**erlustratis hactenus præcipuis Recognitionis Effectibus, de
ria. Contrariis pauca nunc subjiciemus; Cessat verò potissimum ea,
vel ratione Judicii, vel ratione Objecti vel deniq; ratione Litigan-
tium. Ex JUDICII qualitate declinatur Recognitio, quando Judex
Sunt vel ra-
tione Judi-
cii.
Vel ratione
Objecti.
tium. Ex JUDICII qualitate declinatur Recognitio, quando Judex
est incompetens *c. 4. Th. 1. & Cap. 5. Th. 2.* aut absqve præcedente
legitima citatione eadem petita *C. 14. Th. 2.* vel terminus proba-
toribus maximè in Ordinariò Processu non fuerit legitimè obser-
vatus *c. 4. Th. 5.*

THESES II. Objectum Recognitionem respuit, si Instrumen-
ta pro Producente plane nihil probent, *O. P. S. tit. 25. § Weil es*
auch aut saltem per se sint irrecognoscibilia, *c. 3. Th. 1. 2. 3. 4. & 9.*
Quemadmodum enim supervacaneâ probatione, ita nec recogni-
tione otiosâ, nemo est gravandus, *Brunnem. ad L. 15. ff. de Reb. auth.*
Jud. Possid. no 14. Carpz. p. 1. C. 17. def. 25.

THESES III. Litigantes, quos attinet, possunt Recognitionis
actum vel simpliciter, vel factò quodam intercedente deflectere.
Ille **Casus** contingit, quando illi ad agendum, aut judicialiter
comparandum planè sunt inidonei, de quibus vidimus *in C. 2. Th.*
3. & 4. Factò verò quodam interveniente, modo Produ-
cens, modo Productus Recognitionem removet: Producens enim,
si productum sublestæ fidei judicet, sibi consulit, quando Fam re-
cusat, & loco ejus testes juratos producit. *O. Pr. S. tit. 2. § fm. ubi*
Philipp. Conf. 3. vid. cap. 2. Th. 11. Nec huic obstat, quod de Recogni-
tione aut jurata diffessione, jamjam fuerit interlocutum, *Berlich. p.*
1. C. 44. no 49.

THESES IV. Similiter & comparatione literarum prospe-
ctum est Producenti, *l. 20. C. de fide Instrum. ad quam vid. Brun.*
Magnif. D. Schwendendorffer ad Fibig. p. 262. no 6. quæ tamen
non simpliciter, sed tum demum, quando alia ordinaria juris
remedia, ob mortem forte scribentis vel testium subscriptorum de-
ficiunt, eodem, qui recognoscere ausus est, rejectò, admittenda ve-
nit

nit, arg. l. 16. ff. de minorib. Carpx. tit. 14. art. 3. no 29. & lib. 3. Resp. 84. Mevius p. 6. Decis. 273. no 3. quod autem scriptura, ad quam seu controversa, trium testium subscriptione contineat, contra communem affirmantium Scholam, recte negativam defendit, alleg. Brunnem. no 3. et hocce in Scripturâ ex quâ saltem necessarium esse docet, junde Carpx. lib. 3. Resp. 84.

THES. V. Declinari denique potest recognitio Instrumentorum ex facto producti, quando ille veritatem Rei citra recognitionem approbat Mevius p. 4. decis. 64. Hahn ad Wes. tit. ff. de Confessus no 1. in fin. aut ad diffessionem juratam se offert; Vulgata quippe regula est, Quod quilibet Instrumentum contra se productum recognoscat, aut jurato diffiteatur arg. c. 2. Extra de fide Instrum. R. J. de An. 1654. §. 35. 45. O. P. S. tit. 25. § Weil es auch decis. El. 12. § Da aber der Kläger Philipp. ad decis. Elect. 2. Obs. 6. & decis. 74. Obs. 1. modo sit privatam, publicam enim recognitionem quidem, sed non diffessionem admittit Decis. El. 74. ubi Philipp. Obs. 2. nec interest, an citra diffessionem, per Sententiam Recognitio pure injuncta fuerit Producto, cum diffessio semper tacite reservata præsumatur Mev. p. 4. Decis. 147. Brunnem. ad L. 15. ff. de Reb. aut. Jud. poss. no. 4.

Vel ratione Producti confessione & Oblatione ad diffinitionem.

THES VI Num verò in forò nostro, uti in delato juramento O. P. S. tit. 18. §. Wenn aber also / & Decis. El. 18. ubi Philipp. ita quoque in diffessione, jurare jussus, à tempore Rei judicatae, intra Octiduum, ad jurandum se offerre debeat? in Contentionis ferram meritò hic vocatur; Certè Pragmaticorù Turbæ in hac quæstione non conveniunt: Negantiù tamen opinionem sequi, non veremur; Terminus enim intra quem juraturus se offerre habet, ab Illustrissimo Saxone ad Juramenta tantum judicialia extenditur, & à legalibus saltem Juramentum purgatorium & suppletorium excipitur in d. tit. 18. & Decis. 18. ut proinde Juramenta reliqua omnia videantur exclusa, unius enim inclusio expressa, est alterius exclusio arg. l. 12. ff. de Judic. C. 20. C. de Procur. & exceptio à regulâ, confirmat regulam in casibus non exceptis L. 12. § 43. ff. d. fundo instruct. L. 2. ff. d. testib. præsertim in lege, uti in præsentî, Statutaria & novâ

Quæ diffessio ad octiduum ad stricta non est.



quæ de Casu dispositivè expressò, ad casum dispositivè non expres-
sum haud extendenda, sed potius strictissimè accipienda est, *L. 14*
& seq. ff. d. LL. ubi Brunn. n. 2. 3. Cothman. Res. 84. n. 48. & seqq. p.
249. Mevius p. 2. Decis. 30. no. 4. Philippi. ad Decis. El. 2. Obs. 9. no
4. & 9. Pro qua sententiâ facit Decis. El. nov. 70, cujus verba adscri-
bere, non supersedemus, PP. darbey wir unsere Gerichts Ordnung
tit. 18. §. wenn nun also z. Dahin erkläret haben wollen/daß die daselbst
angeführte præscriptio Octiduana bloß von dem jurramentò pur-
gatorio & suppletorio, keines weges aber von andern Juramentis
legalibus &c. verstanden: Quibus additur, quod hæc oblatio, in
casu desertionis, sit odiosa & quasi poenalis, quæ in dubio lenienda

Ampliatur.

potius quam exasperanda sunt, *l. 41 ff. d. poen.* Quæ rationes cum æ-
què in reliquis non exceptis Juramentis legalibus militent, ita quo-
que ad ea, quibus Documenta edi oportet, vel deficiente Inventariò
res manifestandæ sunt, applicantur, docente ita *Philippo ad Dec.*

Cautela.

El. 18. Obs. 7. & Decis. 70. Obs. 2. no 15. & 16. Verum ne hæc occa-
sione Producti Subterfugia inveniant, Cautelam producenti sup-
pedidamus eam, ut ipse pro Diffitente terminū impetret, cui si pro-
ductus non pareat, instrumenta ex contumaciâ, absque tamen ex-
pensarum refusione *Carpz. tit. 14. art. 3. no. 10. & seqq.* pro recogni-
tis judicantur, *O. P. S. tit. 23. § Weil es auch ibid. da sich der Prin-*
cipal der Eydl. diffessio verweigert, die Urkunden pro recognitis
und dafür gehalten werden/R. Gr. Pr. de An. 1661. tit. von Just. Sa-
chen § 8. & Decis. El. 12. Quod, uti opinor, producenti longè con-
sultius est, quam ex necessitate Practica sumptuosò quodam litis
sufflamine, super Juramenti desertione, etiamnum cum adversariò
procedere atque sic demum sententiam definitivam expectare,
Magnif. Dn. Schwendendorffer ad Fibig. p. 559.

Diffessio
referri non
potest.

THE SVII. Sed an hæc jurata diffessio per relationem Jura-
menti declinari queat? adhuc controvertitur; Sed non putamus:
quia hocce Juramentum non à parte sed à Judice decernitur, eaque
propter legali juramento accensetur, quæ autem talia sunt, neuti-
quam referri possunt *Carpz. tit. 12. art. 5. no. 42. & seqq.*
Idem etiam procedit in probatione pro exoneranda consci-
entiâ

entiâ O. P. S. tit. 25. Weil es auch gleich ne forte litigia contra intentionem Processus per probationes Ordinarias nimium adhuc protelentur, *Carpz. d. l. n. 47. & seqq. Dn. Martin. ad O. P. S. tit. 25. § fin. n. 8.*

THES. IIX. Non autem ut Recognitio, ita quoque diffessio per Mandatarium committitur, sed Principalis, licet foemina, Universitas aut Collegium, sit semper in propria personâ documentum diffiteatur, *O. P. S. tit. 25. §. Weil es auch 2c. Carpz. tit. 14. art. 3. no 38. & 39. & p. 1. C. 17. Def. 19.* Secus quam in Forô Imperii, ubi ob mandatum speciale, in alterius animam jurare, & sic Documenta diffiteri, conceditur, *R. J. d. Anno 1654. §. 43.* quod & pro litis abbreviaturâ Tutori, no mine pupilli agenti, moribus injunctum est, *Carpz. tit. 12. art. 5. no. 36. & seqq.* non tamen ut propterea juramentum Veritatis sed tantum Credulitatis præstet, aut ad minimum de ignorantia suâ deponat, *Carpz. tit. 14. art. 3. no. 43. seqq. Berlich. p. 2. Decis. 164.* sicuti & non amplius, quam juramentum Credulitatis ab hærede defuncti, antecessoris sui instrumentum diffitendo, exigitur, *l. 12. C. d. Jurejur. Mev. p. 6. decis. 277. vid. Dn. Martin. ad §. Weil es auch no 83. Mev. ad Jus. Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 15. no 31.*

Sed semper
in Persona
præstanda

Exceptio-
nesi

THES. IX. Quamvis verò in Juramenti Veritatem haud inquirere liceat *§. 11. J. de Act. l. 5. §. 2. ff. de Jurejur. l. 1. C. de rebus Cred* cum nec ejus præstationes, contrariam probationem admittant, *d. l. 1. Carpz. lib. 3. Resp. 40. no 3. & Decis. 40. no 18.* Id tamen limitatur, quando evidentissima calumnia pejurantis doceri potest, quò ex æquitate saltem, præter pœnas debitas, quandoque condictio ex jurejurando contra pejurantem concedi solet, *l. f. C. de R. C. Philipp. Usupr. lib. 4. Ecl. 50. no 10.* quod multò magis in Juramentis legalibus, contrariam probationem admittentibus obtinet *ex l. 31. ff. de Jurej. ubi Brunnem. Philipp. d. l. no 3. & seqq.* quò cum nostra diffessio pertineat, non dubitatur, ut errore aut falsitate detectò, ad exemplum cæterorum juramentorum legalium, eadem quoque rescindatur *Berlich. p. 1. C. 44 no 15.* atque tum Producent cum sua petitione ad ordinariam Processum & probationes legales denudò rejiciatur *Brunn. ad l. 15. no 6. ff. de reb. aut. jud. poss. Mevius P. 3. de. is. 127.*

De Perjurio
non facile
quæritur.



Affinia,

THES. X. Ultimam nunc dissertationis lineam imponere iattago, quatenus nempe ea ejusdem *affinia* exhibet, ubi inter alia referri possunt (1) litis Contestatio, *Philip. ad Decis. El. 12. obs. 1. no. 13. & seqq.* (2) Agnitiones communes, de quibus supra *in c. 1. Th. 4.* (3) Acceptilatio judicialis, quam exhibuit in *Disput. Inaug. Henricus Rudolff de acceptatione*, (4) Confessio Judicialis, *l. un. C. & it. ff. de Confess. &* (5) Denique cambialium literarum acceptationes, de quibus legi potest *Ordinatio Cambialis & Judaica Lipsiensis novissima, Neue Leipziger Wechsel- und Juden-Ordnung.*

EPILOGUS.

Epilogus.

Hæc in Compendiô de insigni hæc materiâ dixisse sufficiant, plura me omisisse, quæ ad hanc tractationem referenda, lubens fateor, Verum cum non de tractatu conscribendo, sed Exercitiô Academico edendo sollicitus fuerim, suffectura hæc credidi, atque ita pro exantlatis laboribus nuncupo

SOLI DEO GLORIAM.


COROLLARIA.

1. Jus accrescendi in verbis conjunctis locum habet.
2. In re conjunctis, non Jus non decrescendi, sed Jus accrescendi locum habet.
3. Juramentum Fidelitatis Vasallo remitti potest.
4. Virgo, ob osculum furtim sibi illatum, actionem injuriarum instituere potest.
5. Datur vestimentorum, tam verus, quam quasi ususfructus.
6. Cedendo Ususfructum extraneo, usus fructus extinguitur.
7. Omnia Pacta sunt nuda.
8. Transactio, legem 2. C. de Rese. Vend. ex Jure Civili non admittit.
9. Omnes Actiones ex contractibus innominatis descendentes, sunt bonæ fidei.
10. Actio Pauliana est realis.
11. Valuta, in Literis Cambialibus, non est causa debendi.

Errata extantiora cum commatibus benevolè corrigantur.

In Cap. 1. Th. .I pro $\gamma\iota\nu\omega\sigma\kappa\omega$, lege $\gamma\iota\nu\omega\sigma\kappa\omega$. in c. 2. Th. 6. in f. pro Coler. lege Moller. Th. XI. p. 12. lin. 6. pro peractu, peractâ. p. 13. c. 3. Th. I. lin. 19. pro voluta, lege valuta. p. 14. pro, aut non Tu es, lege aut Tu non es. p. 16. Th. 5. lin. 5. pro ILLUT lege ILLUD. p. 18. Th. 7. in lin. pen. p. Coarrao. lege Covarruv. p. 21. lin. 11. pro ejusdem, lege eorundem. p. 28. Th. 5. l. 4. pro, forè l. Forô & l. pen. pro, degantissimo, l. elegantissimo, p. 31. Th. 7. l. 16. suscriptio, l. subscriptio. p. 37. l. 18. pro, valet, l. valeat. & l. 22. Deniqves, l. Denique.





7537 12

VD 17

ULB Halle 3
005 120 691





10

FAVENTE PROPITIO DEO.
 DISPUTATIONEM JURIDICAM
 DE
RECOGNITIONE
DOCUMENTORUM,
 CONSENSU ET AUTHORITYATE
MAGNIFICI JCTORUM
 IN ALMA HAC PHILUREA
 ORDINIS,
 PRÆSIDE
FRIDERICO PHILIPPO,
 LIPS. J. U. D.
AD DIEM XXIX. DECEMB.
M. DC. LXXXII.
 PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
 SUBMITTIT,
JACOBUS Hempel / LIPS.
 A U T O R.
 H. L. Q. G.

LIPSIAE,
 Typis KRÜGERIANIS.

